LE

OPERE POSTUME

DI

VITTORIO ALFIERI

VOLUME XVII

BRESCIA

PER NICOLÒ BETTONI

MDCCCX

COMMEDIE

DI

PUBLIO TERENZIO

TRADOTTE

DA

VITTORIO ALFIERI

COL TESTO A FRONTE

P. TERENTII

HECYRA

ACTA LUDIS ROMANIS, SEX. JULIO CAES. CN. CORNELIO DOLABELLA. AEDIL. CUR. NON EST PERACTA TOTA. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII, TIBIIS PARIB. CN. OCTAVIO. T. MANLIO COSS. RELATA EST ITERUM LUDIS FUNEBRIBUS. RELATA EST TERTIO, Q. FULVIO, L. MARCIO AEDILIBUS CURULIBUS.

PERSONAE

PROLOGUS
PHILOTIS, MERETRIX
SYRA, ANUS
PARMENO, SERVUS
LACHES, SENEX
SOSTRATA, MULIER
PHIDIPPUS, SENEX
PAMPHILUS, ADOLESCENS
MYRRHINA, MULIER
SOSIA, SERVUS
BACCHIS, MERETRIX

PERSONAE MUTAE

PHILUMENA
SCIRTUS, puer

PERSONAGGI

FILOTI, MERETRICE

SIRA, VECCHIA

PARMÉNONE, SERVO

LACHÉTE, VECCHIO

SOSTRATA, MADRE DI PANFILO

FIDIPPO, PADRE DI FILOMÉNA

PANFILO, MARITO DI FILOMÉNA

MIRRINA, MADRE DI FILOMÉNA

SOSIA, SERVO

BACCHIDE, MERETRICE

FILOMÉNA, } Che non parlano.
SCIRTO, }

HECYRAE

ARGUMENTUM

C. SULPICIO APOLLINARI

AUCTORE

Uxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans Virgini vitium obtulit:
Ejusque, per vim quem detraxit, annulum
Dederat amicae Bacchidi meretriculae:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
Hanc Mater utero gravidam, ne id sciat socrus,
Ut aegram ad sese transfert. Revenit Pamphilus:
Deprehendit partum, celat: uxorem tamen
Recipere non volt. Pater incusat Bacchidis
Amorem. Dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatae forte agnoscit Myrrhina.
Uxorem recipit Pamphilus cum Filio.

P. TERENTII

HECYRA

PROLOGUS

Hecyra est huic nomen fabulae. Haec cum data
Est nova, novum intervenit vitium et calamitas,
Ut neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. Nunc haec plane est pro nova:
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum possit vendere.
Alias cognostis ejus: quaeso, hanc noscite.

ALTER PROLOGUS

Orator ad vos venio ornatu prologi;
Sinite exorator sim; eodem ut jure uti senem
Liceat, quo jure sum usus adolescentior,

Novas qui exactas feci ut inveterascerent,
Ne cum poeta scriptura evanesceret.
In his, quas primum Caecili didici novas,
Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Quia scibam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.
Easdem agere coepi, ut ab eodem alias discerem
Novas studiose, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci ut spectarentur: ubi sunt cognitae,
Placitae sunt. Ita poetam restitui in locum,
Prope jam remotum, injuria advorsarium
Ab studio, atque ab labore, atque arte musica.
Quod si scripturam sprevissem in praesentia, et
In deterrendo voluissem operam sumere,
Ut in otio esset, potius quam in negotio;
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc quid petam, mea causa, aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vostra intelligentia
Sedabit, si erit adjutrix nostrae industriae.

Cum primum eam agere coepi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit exspectatio;
Comitum conventus, strepitus, clamor mulierum
Fecere, ut ante tempus exirem foras.
Vetere in nova coepi uti consuetudine,
In experiundo ut essem. Refero denuo;
Primo actu placeo· cum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus convolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: otium, et silentium est.
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos. Facite, ut vestra auctoritas
Meae auctoritati fautrix adjutrixque sit.
Si nunquam avare pretium statui arti meae,
Et eum esse quaestum in animum induxi maxumum,
Quam maxume servire vostris commodis;
Sinite inpetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, et se in vostram commisit fidem,

Ne eum circumventum inique iniqui irri-
deant.
Mea causa causam accipite, et date silentium,
Ut lubeat, scribere aliis, mihique ut discere
Novas expediat, posthac pretio emtas meo.

L' ECIRA

HECYRA

ACTUS PRIMUS

SCENA PRIMA

PHILOTIS, SYRA

PHILOTIS

Per pol quam paucos reperias meretricibus
Fideles evenire amatores, Syra.
Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi,
Quam sancte, ut quivis facile posset credere,
Nunquam, illa viva, ducturum uxorem domum!
En, duxit.

SYRA

Ergo propterea te sedulo
Et moneo, et hortor, ne cujusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemque nacta sis.

L'ECIRA

ATTO PRIMO

SCENA PRIMA

FILOTI, SIRA

FILOTI

Sira, affè, che ben pochi amanti fidi
Toccano in sorte alle sgualdrine. Quanti
Giuramenti non fea Panfilo a Bacchide,
Sì sacrosanti, e tanto ripetuti,
Che niuno avria potuto creder mai,
Che, vivent'ella, Panfilo ammogliarsi
Nè vorria, nè potria! Per l'appunto,
Ecco ch'egli ammogliossi.

SIRA

E per l'appunto,
Questa è cagion ch'io sempre te la prédico,
Di non aver pietà di amante niuno,
E di spogliarne quanti tu ne afferri,
E pelarli, e spolparli, e divorarli.

PHILOTIS

Utin' eximium neminem habeam?

SYRA

Neminem:
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit,
Quin ita paret sese, abs te ut blanditiis suis
Quam minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu, amabo, non contra insidiabere?

PHILOTIS

Tamen pol eandem injurium est esse omnibus.

SYRA

Injurium autem est ulcisci adversarios?
Aut qua via te captent illi, eadem ipsos capi?
Eheu me miseram! cur non aut istaec mihi
Aetas et forma est, aut tibi haec sententia?

FILOTI

Che a toccar non me n' abbia un qualche opímo?

SIRA

A te, no: perchè sappi, che ciascuno
Che ci vien, si prepara così bene
† A lusingarti co' suoi vezzi, ch' abbia
Egli a goderti poi pel meno costo
Che possibil saragli. Or tu in costoro
Non volgerai le loro insidie stesse?

FILOTI

Eppur, l'è villania trattarli tutti
A questo modo.

SIRA

È villania fors' ella
Il vendicarsi de' nemici? il porli
Ne'lacci, in cui farti incappar vuonn'essi?
Meschina me! che non ho io piuttosto
Questa tua giovenil bellezza? oppure,
Che non hai tu quest' alto mio pensare?

SCENA SECUNDA

PARMENO, PHILOTIS, SYRA

PARMENO

Senex si quaeret me, modo isse dicito
Ad portum percontatum adventum Pamphili.
Audin', quid dicam, Scirte? si quaeret me, uti
Tum dicas: si non quaeret, nullus dixeris;
Alias ut uti possim causa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? unde haec advenit?
Philotis, salve multum.

PHILOTIS

O salve: Parmeno.

SYRA

Salve mecastor, Parmeno.

PARMENO

Et tu edepol, Syra.
Dic mihi, Philoti, ubi te oblectasti tam diu?

PHILOTIS

Minime equidem me oblectavi, quae cum milite

SCENA SECONDA

PARMÉNONE, FILOTI, SIRA

PARMÉNONE [1]

Se mai mi cerca il vecchio, digli ch'io
Andava al porto per saper l'arrivo
Di Panfilo. M'intendi, o Scirto? digliene,
S'ei di me chiede: ov'ei non chieda, taci:
Ch'io mi riserbi per un'altra volta
Questo pretesto da allegargli poi. —
Ma veggo io bene or Filoti? di donde
Vien ella mai? — Filoti, addio.

FILOTI.

Buon giorno,
Parménone.

SIRA

Parménone, per dio,
Sii il ben venuto.

PARMÉNONE

E tu, per Giove, o Sira.
Dimmi, Filoti, or dove sì gran tempo
Te la godevi tu?

FILOTI

Me la godeva
Male davver, che quinci io me n'andava

[1] A chi è dentro.

Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.

PARMENO

Edepol te desiderium Athenarum arbitror,
Philotium, cepisse saepe, et te tuum
Consilium contemsisse.

PHILOTIS

Non dici potest,
Quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite,
Vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine
Agitarem inter vos libere convivium.
Nam illi haud licebat nisi praefinito loqui
Quae illi placerent.

PARMENO

. Haud opinor commode
Finem statuisse orationi militem.

PHILOTIS

Sed quid hoc negoti est? modo quae narravit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut ille, hac viva, posset animum inducere
Uxorem habere.

PARMENO

Habere autem?

In Corinto, portatavi da un duro
Militaraccio; ed ivi, un pajo d'anni,
Che mi son parsi un secolo, toccommi
Di sciropparmel poi; misera me!

PARMÉNONE

Davvero sì, ch'io 'l credo che tu spesso
Atene là desiderato avrai,
Del tuo avviso pentita.

FILOTI

Oh! non può dirsi,
Quant'io ognor sospirassi di tornarmene;
Di piantar là il soldato, e di vedervi,
E di tornare ai nostri usati lieti
Conviti quì. Ch'io là, non mi attentava
Neppur parlar, se non a sesta, e al modo
Di quel tiranno.

PARMÉNONE

E un bel maestro avevi,
Un Centurione, del parlare a sesta.

FILOTI

Ma, che negozio è questo, che narravami
Bacchide or dianzi in casa? io non credeva
Possibil, no, che Panfilo piegarsi
A pigliar moglie si potrebbe, mai;
Vivente pure Bacchide.

PARMÉNONE

Pigliarla?

PHILOTIS

Eho tu, an non habet?

PARMENO

Habet: sed firmae hae vereor ut sint nuptiae.

PHILOTIS

Ita Di Deaeque faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed qui istuc credam ita esse? dic mihi, Parmeno.

PARMENO

Non est opus prolato: hoc percontarier
Desiste.

PHILOTIS

Nempe ea causa, ut ne id fiat palam.
Ita me Dii amabunt, haud propterea te rogo, ut
Hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam.

PARMENO

Nunquam tam dices commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam.

PHILOTIS

Ah, noli, Parmeno:
Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi,

FILOTI

Che? non l'ha presa ei forse?

PARMÉNONE

Ei sì, l'ha presa;
Ma pur non l'ha; che queste nozze molto
Mi tentennano.

FILOTI

Ah, voglia così il cielo,
Se ciò giovar può a Bacchide. Ma, come
Poss'io ciò creder? dimmelo, Parménone.

PARMÉNONE

Non fa bisogno dirtelo: tralascia
D'interrogarmi in questo.

FILOTI

Sarà forse,
Perchè nessuno lo risappia: oh questa
Poi, te la chiedo (il ciel così mi assista!)
Non per andarla a spandere, no certo;
Ma per goderla tacita in me stessa.

PARMÉNONE

Mai non saprai pregarmi così bene,
Che alla tua discrezione io pur m'induca
A fidar le mie spalle.

FILOTI

Ebben, nol dire:
Fors'io nol veggo, che tu assai più voglia

Quam ego, quae percontor, scire.

PARMENO

Vera haec praedicat:
Et illud mi vitium est maxumum. Si mihi fidem
Das te tacituram, dicam.

PHILOTIS

Ad ingenium redis.
Fidem do, loquere.

PARMENO

Ausculta.

PHILOTIS

Istic sum.

PARMENO

Hanc Bacchidem
Amabat, ut cum maxume, tum Pamphilus,
Cum pater, uxorem ut ducat, orare occipit:
Et haec, communia omnium quae sunt patrum,
Sese senem esse dicere, illum autem esse unicum.
Praesidium velle se senectuti suae.
Ille se primo negare: sed postquam acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret,
Pudorin' anne amori obsequeretur magis.

Di dirmel hai, che non d'udirti io l'abbia?

PARMÉNONE

'La dice il vero: la più gran mia pecca
È il chiacchierare. — Se mi dai parola
Di tacerti, dirottelo.

FILOTI

In te stesso
Or ben tornato sii. Ti do parola;
Di' su.

PARMÉNONE

Mi ascolta.

FILOTI

Non mi muovo.

PARMÉNONE

Sappi,
Ch' egli era innamorato più che mai
Della Bacchide Panfilo, nel punto
Che incominciava a stuzzicarlo il padre
Di pigliar moglie: e gli dicea le solite
Cose dei padri; ch' ei sentiasi vecchio;
Che aveva in lui l'unico figlio; in esso
Della vecchiaja sua starsi l'appoggio:
E cose tali. Panfilo, alla prima,
A dir di no: ma più incalzandol sempre
Il padre, gli entrò in dubbio il giovanetto,
Se alla ragione od all'amor dovesse

Tundendo atque odio denique effecit senex:
Despondit ei gnatam hujus vicini proxumi.
Usque illud visum est Pamphilo neutiquam grave,
Donec jam in ipsis nuptiis, postquam videt
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari;
Ibi demum ita aegre tulit, ut ipsam Bacchidem
Si adesset, credo, ibi ejus commiseresceret.
Ubicunque datum erat spatium solitudinis,
Ut conloqui mecum una posset: Parmeno,
Perii; quid ego egi? in quod me conjeci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno: perii miser.

PHILOTIS

At te Di Deaeque perduint cum isto odio, Laches.

PARMENO

Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum:
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quae consecuta est nox, eam nihilo magis.

PHILOTIS

Quid ais? cum virgine una adolescens cubuerit

Darla pur vinta. Al fine, picchia picchia,
A forza di nojarlo vinse il vecchio;
E gl'impalmò la figlia del vicino.
Fin lì, tal cosa a Panfilo non parve
Gravosa più che tanto; ma poi, quando
Vide sul serio preparar le nozze,
E senza indugj omai venuto il giorno
Di doversela torre; allor si prese
Un crepacuor sì fatto, che la stessa
Bacchide sua, vedendolo in tal stato,
Ne avrebbe avuto compassione. Ogni ora
Ch'ei potea un po'star solo, mi chiamava,
E mi dicea: « Parménone, son morto:
» Che ho fatto io mai? dove mi son io stesso
» Precipitato? ah, non potrò, Parménone,
» Reggerci, no: me misero! son morto. »

FILOTI

Sia maladetto, con la sua insistenza,
Quel brutto vecchio di Lachéte!

PARMÉNONE

Al fatto.
Ei si piglia la giovine; conducela
Per moglie in casa; ma, la prima notte,
Non le tocca nè un dito; la seconda,
Nè un dito.

FILOTI

Che novella? un giovanotto,
Che ha ben bevuto, e che si trova in letto,

Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.

PARMENO

Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui: ille invitus illam duxerat.

PHILOTIS

Quid deinde fit?

PARMENO

Diebus sane pauculis
Post, Pamphilus me solum seducit foras,
Narratque, ut virgo ab se integra etiam tum siet:
Seque ante, quàm eam uxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias.
Sed, quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi a suis,
Neque honestum mihi, neque utile ipsi virgini est.

PHILOTIS

Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.

PARMENO

Hoc ego proferre, incommodum mihi esse arbitror.

Una vergine, nulla le direbbe?
Eh, son favole mere: io non le credo.

PARMÉNONE

Favole a te, parer denn'elle; è vero;
Che quanti a te degli uomini ne viene,
Tutti smanian per te: ma, a mal suo grado,
Aveala presa Panfilo.

FILOTI

Che uscinne
Di questo poi?

PARMÉNONE

Dopo alcun giorno, m'ebbe
Panfilo a se soletto fuor di casa,
E mi narrò ch'ei non l'avea toccata
Punto punto: che prima di pigliarsela,
Sperato avea potercisi avvezzare.
» Ma, a dirtela, Parménone, una moglie
» Che ho risoluto non tenermi a lungo,
» Il farne giuoco, ed abusarne, ed altra
» Restituirla ai suoi da quel ch'io l'ebbi,
» Non è per me da galantuomo, e nuoce
» Alla donzella anco non poco.»

FILOTI

È un tratto
Di casto e onesto giovine.

PARMÉNONE

» Nè puommi
» Giovare, il metter fuori or queste cose:

Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viti,
Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognoverit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.

PHILOTIS

Quid interea? ibatne ad Bacchidem?

PARMENO

Quotidie.
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multo et magis procax facta illico est.

PHILOTIS

Non edepol mirum.

PARMENO

Atque ea res multo maxume
Disjunxit illum ab illa, postquam et ipse se,
Et illam, et hanc, quae domi erat, cognovit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existumans.
Haec, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modeste; incommoda atque injurias
Viri omnes ferre, et tegere contumelias.
Hic animus, partim uxoris misericordia
Devinctus, partim victus hujus injuriis,

» Per altra parte, il renderla ai parenti
» Senza poter di nulla pur tacciarla,
» Gli è villania. Sperando io dunque stommi,
» Che nel convincersi ella che passarsela
» Bene con me nol potrà mai, pigliarsi
» Vorrà da se d'andarsene il partito.»

FILOTI

Che facev' egli intanto? frequentava
Bacchide ancora?

PARMÉNONE

† Giornalmente. Ma,
Come accade, la Bacchide vedendo
D'averlo mezzo, gli si fea superba
E capricciosa ogni dì più.

FILOTI

Dovea
Così avvenir; non mi stupisce punto.

PARMÉNONE

Questo proceder suo gran dissapori
Mise tra loro; e Panfilo frattanto
Andò imparando a ben conoscer prima
Se stesso, e ad apprezzare al giusto peso
E l'amica, e la moglie, dai diversi
Costumi d'ambe. Questa ch'è ben nata,
Vereconda e modesta assai mostrossegli;
Tutto pativa e le freddezze, e' sgarbi
Del marito, e studiavasi a celarli.
Panfilo, in parte vinto da pietade
Per la moglie, inasprito in parte dalle

Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huo transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horunce, ea ad hos redibat lege hereditas.
Eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre hic uxorem: nam senex
Rus abdidit se: huc raro in urbem commeat.

PHILOTIS

Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?

PARMENO

Nunc audies. Primum dies complusculos
Bene conveniebat sane inter eas: interim
Miris modis odisse coepit Sostratam:
Neque lites ullae inter eas, postulatio
Nunquam.

PHILOTIS

Quid igitur?

PARMENO

Si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu illico,

Stravaganze di Bacchide, bel bello
E' sdrucciolò di mano a questa, e volse
Il suo amor nella moglie, il cui carattere
Si confacea col suo. A morir viene
In quel frattempo in Imbro un lor parente,
Uomo attempato, a cui di legge eredi
I padroni diveniano. Ivi il padre
Manda Panfilo tosto, a forza quasi,
Perch'ei già incominciava a amar la moglie.
Con la Suocera ei lasciala; che il vecchio
Si confinava in villa, donde ei torna
In città ben di rado.

FILOTI

Ebben, finora
In che dunque tentennan queste nozze?

PARMÉNONE

Or sentirai. Da prima, un po' di giorni
Se la passavan sufficientemente
Le due donne fra loro; ma ben tosto
La Nuora prese Sóstrata in tal ira
Che non può dirsi: benchè mai, nè liti,
Nè ricorsi facesser niuna d'esse.

FILOTI

Che fecer dunque?

PARMÉNONE

Ogni qual volta Sóstrata
Veniva dalla Nuora per parlarle,
Questa tosto mostravale le reni,

Videre nolle. Denique, ubi non quit pati,
Simulat se a matre accersi ad rem divinam: abit.
Ubi illic dies est complures, accersi jubet.
Dixere causam tunc nescio quam: iterum jubet:
Nemo remisit. Postquam accersunt saepius,
Aegram esse simulant mulierem. Nostra illico
It visere ad eam: admisit nemo. Hoc ubi senex
Rescivit, heri ea causa rure huc advenit,
Patrem continuo convenit Philumenae.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
Nisi sane curae est, quorsum eventurum hoc siet.
Habes omnem rem: pergam quo coepi hoc iter.

PHILOTIS

Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite,
Me esse illum conventuram.

PARMENO

Dî vortant bene
Quod agas.

PHILOTIS

Vale.

PARMENO

Et tu bene vale, Philotium.

E la piantava là. Fin che un bel giorno
La giovane si finse esser chiamata
Dalla sua madre a un sagrifizio in casa.
V'andò: vi stette, anche assai giorni: a segno,
Che rimandò la Suocera per essa.
La Nuora fe' risponder non so quale
Pretesto da non muoversi: da capo
Quella, a farla intimare; a negar, questa:
Manda, rimanda, e' fu risposto al fine;
Ch' ell' era inferma. Subito, a vederla
Portavasi la Suocera; ma ammessa
Non vien dentro. Saputosi dal vecchio,
Ei tornò jer di villa per ciò appunto;
E fu dal padre della Nuora. Or quello,
Ch' abbian fatto fra lor, nol so per anco:
Ma son bramoso udir, che n' abbia a uscire:
Ecco, or sai tutto: io vommen, dove andava.

FILOTI

Ed io pur vo pe' fatti miei: ch' i' ho dato
Appuntamento a un forestiere.

PARMÉNONE

Il cielo
Buona messe ti dia.

FILOTI

Buon dì.

PARMÉNONE

Buon anno.

ACTUS SECUNDUS

SCENA PRIMA

LACHES, SOSTRATA

LACHES

Proh Deum atque hominum fidem, quod hoc genus est! quae haec est conjuratio!
Utin' omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia?
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias?
Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus.
Viris esse advorsas aeque studium est: similis pertinacia est:
In eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam.
Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.

ATTO SECONDO

SCENA PRIMA

LACHÉTE, SOSTRATA

LACHÉTE

Poffar di tutti i Numi, che mai razza
È ella questa, delle donne? quale
Fra lor congiura è questa mai? che tutte
A voler abbian parimente tutte
Un numero di cose, e a non volerne
Cert' altre? nè trovarsene debb'una,
Che un po' si scosti dal genio dell'altre?
Le Suocere son tutte indiavolate
Contro le Nuore a un modo. A un modo tutte
Le mogli son contra i mariti: tutte,
Son ostinate a un modo. In una stessa
Scuola mi pajon elle addottrinarsi
Nell'arte del mal fare. E la maestra
Di tale scuola, ell'è la mia, senz'altro.

SOSTRATA

Me miseram, quae nunc, quamobrem accuser, nescio.

LACHES

Hem, tu nescis?

SOSTRATA

Non, ita me Dii ament, mi Laches,
Itaque una inter nos agere aetatem liceat.

LACHES

Dii mala prohibeant!

SOSTRATA

Meque abs te immerito esse accusatam, postmodo rescisces.

LACHES

Scio.
Te immerito? an quidquam pro istis factis dignum te dici potest,
Quae me, et te, et familiam omnem dedecoras, filio luctum paras?
Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis;
Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.
Tu sola exorere, quae perturbes haec tua impudentia.

SOSTRATA

Egone?

SOSTRATA

Misera me, ch'or incolpata vengo,
Nè so di che.

LACHÉTE

Nol sai?

SOSTRATA

No, mio Lachéte;
Nol so; così m'amin gl'Iddii; così
Ne sia concesso il trarre insieme tutta
La vita nostra!

LACHÉTE

Me ne guardi il Cielo!

SOSTRATA

Che tu a torto m'incolpi, il saprai poscia.

LACHÉTE

Eh, so. T'incolpo a torto? havvi strapazzi,
Che non ti sian dovuti? a te, che tutta
La nostra casa, e meco anco te stessa
Disonori, ed al figlio tuo prepari
Giorni di pianto? Ed i parenti nostri,
Tu ce li fai tutti nemici; quelli
Che appunto al figliuol nostro han la lor figlia
Affidata, credendol degno d'essa.
Tu sola, al certo, quella sei che viene
A guastar tutto col tuo mal talento.

SOSTRATA

Io, eh?

LACHES

Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem, putas.

An, quia ruri crebro esse soleo, nescire arbitramini,

Quo quisque pacto hic vitam vostrarum exigat?

Multo melius, hic quae fiunt, quam illic, ubi sum assidue, scio:

Ideo quia, ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.

Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam:

Minimeque adeo mirum: et, ni id fecisset, magis mirum foret.

Sed non credidi adeo, ut etiam totam hanc odisset domum.

Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.

At vide, quam immerito aegritudo haec oritur mi abs te, Sostrata.

Rus habitatum abii, concedens vobis, et rei serviens;

Sumtus vostros otiumque ut nostra res posset pati,

LACHÉTE

Tu, donna, sie', tu, che me del tutto
Hai per un sasso, e non per uomo. Forse,
Perch'io soglio abitarmene in campagna,
Vo' vi credete ch'io non sappia il come
Vive in città ciascuna di voi altre?
M'è assai più noto quel che si fa quì,
Che dove io me la passo: perchè appunto
Il mio credito fuori si mantiene,
A misura che in casa si mantiene
Buon contegno da voi. Da bella prima,
Seppi che Filoména aveati presa
In odio; e questo non mi stupì nulla:
M'avria bensì stupito, s'ella in odio
Non ti avesse pigliata. Ma non volli
Creder, che tutta la mia casa in ira
Le fosse entrata a un tempo: che se questo
Io lo sapea, per certo ella sarebbe
Rimasta in casa, e fuori itane tu.
Vedi, Sóstrata, vedi, quanto a torto
Questi rancor mi dai. In villa io solo
Mi ritirava, per lasciar voi altre
Godervela in città, mentr'io agli affari
Baderci: più del giusto, e più di quello
Che gli anni miei comportano, mi diedi
A faticar, perchè l'entrata nostra

Meo labori haud parcens, praeter aequom atque aetatem meam:
Non te pro his curasse rebus, ne quid aegre esset mihi?

SOSTRATA

Non mea opera, neque pol culpa, evenit.

LACHES

Imo maxume.
Sola hic fuisti: in te omnis haeret culpa sola, Sostrata.
Quae hic erant, curares; cum ego vos solvi curis caeteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum.

SOSTRATA

Haud equidem dico, mi Laches.

LACHES

Gaudeo, ita me Dii ament, gnati causa. Nam de te quidem,
Satis scio, peccando detrimenti nil fieri potest.

SOSTRATA

Qui scis, an ea causa, mi vir, me odisse adsimulaverit,
Ut cum matre una plus esset?

LACHES

Quid ais? non signi hoc sat est,

Bastar potesse all'oziose spese
Vostre donnesche; e in cambio di mie tante
Cure, tu non pensasti a far ch'io almeno
Nessun dolor domestico mi avessi?

SOSTRATA

Affè, ch'io parte in ciò non ho, nè colpa.

LACHÉTE

Moltissim' anzi. Quì rimasta sola
Sei tu, Sóstrata; in te sola sta tutta
La colpa. Quand'io tolto ogni altra cura
V'ebbi, a te stava il badare alla casa.
Non è vergogna fradicia, una vecchia
Ir bisticciando con una ragazza?
Via, di' su, ch' anco in ciò la colpa è sua.

SOSTRATA

No, mio Lachéte, no; non dico questo.

LACHÉTE

Lode agli Dei, ne godo; pel tuo figlio:
Che già, per te, ben so che hai bel peccare,
Non puoi farti peggiore.

SOSTRATA

E chi sa, forse,
S'ella finto non ha quest'odio mio,
Per starsene più a lungo con sua madre?

LACHÉTE

Che di' tu? non è prova del contrario,

Quod heri nemo voluit visentem ad eam te intro admittere?

SOSTRATA

Enim lassam oppido tum esse aiebant; eo ad eam non admissa sum.

LACHES

Tuos esse illi mores morbum magis, quam ullam aliam rem, arbitror:
Et merito adeo: nam vostrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere uxorem; et quae vobis placita est conditio, datur.
Ubi duxere impulsu vostro, vostro impulsu easdem exigunt.

SCENA SECUNDA

PHIDIPPUS, LACHES, SOSTRATA

PHIDIPPUS

Etsi scio ego, Philumena, meum jus esse, ut te cogam,
Quae ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus, faciam
Ut tibi concedam, neque tuae libidini advorsabor.

Che niun di casa loro jer ti volle
Intromettere ad essa?

SOSTRATA

E' mi fu detto
Ch'ell'era stanca assai; che sol per questo
Io non veniva ammessa.

LACHÉTE

Ell'era stanca,
Certo, di te, più che d'ogni altra cosa;
Nè stimo ch'ella abbia altro mal che questo.
Ed ha ragion: che tutte voi vi siete
D'una stampa; volete che si ammogli
Il figlio; e a patti, quali a voi più piace;
Spinti appena li avete a torsi moglie,
Li spingete a cacciarla.

SCENA SECONDA

FIDIPPO, LACHÉTE, SOSTRATA

FIDIPPO (1)

Filoména,
Bench'io mel sappia, che sforzarti posso
Ad obbedirmi; in me l'amor paterno
Pur la vince. Non voglio contraddirti;
Farò a tuo senno.

(1) Parlando dentro.

LACHES

Atque eccum Phidippum optume video. Hinc jam scibo, quid siet.

Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse adprime obsequentem;

Sed non adeo, ut mea facilitas corrumpat illorum animos.

Quod tu si idem faceres, magis in rem et nostram et vostram id esset.

Nunc video in illarum potestate esse te.

PHIDIPPUS

Heia vero.

LACHES

Adii te heri de filia: ut veni, itidem incertum amisti.

Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,

Celare te iras. Si quid est peccatum a nobis, profer:

Aut ea refellendo, aut purgando, vobis corrigemus,

Te judice ipso. Sin ea est causa retinendi apud vos,

Quia aegra est; te mi injuriam facere arbitror, Phidippe,

Si metuis, satis ut meae domi curetur diligenter.

At, ita me Dii ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,

LACHÉTE

Ecco Fidippo appunto.
Da lui saprò la verità del fatto.
Fidippo, io so benissimo che tutti
Mi tengon per uom mite assai co' miei;
Non però a segno, che la bontà mia
Venga a guastare i lor costumi. A questo
Modo fossi pur tu! che in nostro e tuo
Pro tornerebbe. Ma, ti veggo appieno
Dalle tue donne or soggiogato.

FIDIPPO

Eh, giusto.

LACHÉTE

Jer da te fui, per parlar di tua figlia,
Dubbio ci venni, e dubbio me n' andai.
Non istà bene ciò; se parentela
Vuoi perpetua fra noi, non dei nel core
Chiuder gli sdegni: se è da noi la pecca,
Spiegati tu; discolperemci; ovvero
L' emenderemo noi, stando al tuo stesso
Retto giudizio. Ma, se la mia Nuora
Voi vi volete ritenere in casa
Sol perch' è inferma, in questo poi, Fidippo,
Tu mi fai torto: temi tu, ch' ell' abbia
Ad esser trascurata in casa mia?
Benchè tu le sii padre, affè che in questo

Ut tu illam salvam magis velis, quam ego: id adeo gnati causa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam seipsum, magnificare.
Neque adeo clam me est, quam esse eum graviter laturum credam,
Hoc si rescierit. Eo domum studeo haec prius, quam ille, ut redeat.

PHIDIPPUS

Laches, et diligentiam vestram, et benignitatem
Novi: et, quae dicis, omnia esse ut dicis animum induco.
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim ullo modo.

LACHES

Quae res te facere id prohibet?
Eho, numquidnam accusat virum?

PHIDIPPUS

Minime: nam postquam attendi
Magis, et vi coepi cogere ut rediret, sancte adjurat
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alii vitii est: ego sum animo leni natus:

Poi non ti cedo; che, in volerla sana,
Tu vi ti adopri più di me. Le voglio
Anche tanto più ben, quanto più cara
So che la tiene il figlio mio: per esso
Dunque il fo doppiamente. Emmi ben noto,
Che dov' egli il risappia, assai per male
Si terrà questo fatto. Indi, mi studio
Ch' ella in casa rientri anzi ch' ei torni.

FIDIPPO

Lachéte, e il benigno animo, e la tua
Esattezza conosco; e non fo dubbio,
Che quanto dici sia come tu il dici.
Vorrei, tu pure in me credessi; ch'io,
Perch' ella a voi ritorni, in ogni modo
M'ingegno, quant' io posso.

LACHÉTE

Ma, sì poco
Perchè puoi tu? Forse nol vuoi? fors' ella
Qualche cosa rimprovera al marito?

FIDIPPO

Niente affatto: che quando daddovvero
Io mi ci posi, e al fin sforzarla volli
A ritornare, ella a pregarmi diessi,
A scongiurarmi, ad attestar, che in casa
Vostra ella regger non ci può, se pria
Non fa ritorno Panfilo. Qualch' altro
Forse le spiace: io poi, son nato buono;

Non possum advorsari meis.

LACHES

Hem, Sostrata!

SOSTRATA

Heu me miseram!

LACHES

Certumne est istuc?

PHIDIPPUS

Nunc quidem, ut videtur. Sed numquid vis?
Nam est, quod me transire ad forum jam oportet.

LACHES

Eo tecum una.

SCENA TERTIA

SOSTRATA

Edepol nae nos sumus inique aeque omnes invisae viris,
Propter paucas; quae omnes faciunt dignae ut videamur malo.
Nam, ita me Dii ament, quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.
Sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt, socrus

Non posso a' mici dar de' disgusti.

LACHÉTE

Ehi, l'odi,

Sóstrata, tu?

SOSTRATA

Misera me!

LACHÉTE

Dunque ella

Sta fissa in ciò?

FIDIPPO

Per ora, certo, pare.

Vuoi tu altro da me? perch' io mi debbo

Rendere al foro omai.

LACHÉTE

Ci vengo anch' io.

SCENA TERZA

SOSTRATA

Affè, per certo, che a gran torto siamo
Del par noi tutte odiate dai mariti,
Per poche che sel meritan, facendo
Danno alla fama nostra. Così Giove
M'abbia in sua cura, com'io son del tutto
Innocente di quanto ora ei mi accusa.
Ma, non è lieve il discolparsi; tanto
È radicata quest' opiníone,

Omnes esse iniquas. Haud pol me quidem: nam nunquam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mî eveniat, scio.
Nisi pol filium multimodis jam exspecto ut redeat domum.

Che sian tutte le Suocere veleni.
Io, no, per certo; che codesta Nuora
La trattai sempre come propria mia
Figliuola; e non so come, or mi si affibbi
Simil taccia. Tornasse almeno il figlio!
Ch'io non bramo altro, che il di lui ritorno.

ACTUS TERTIUS

SCENA PRIMA

PAMPHILUS, PARMENO, MYRRHINA

PAMPHILUS

Nemini ego plura acerba credo esse ex amore homini unquam oblata,
Quam mi. Heu me infelicem! hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine causa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praestabilius, ubivis gentium agere aetatem,
Quam huc redire, atque haec ita esse miserum me resciscere?
Nam nos omnes, quibus est alicunde aliquis objectus labos,
Omne quod est interea tempus, priusquam id rescitum est, lucro est.

PARMENO

At sic, citius qui te expedias his aerumnis, reperias.

ATTO TERZO

SCENA PRIMA

PANFILO, PARMÉNONE, MIRRINA

PANFILO

Non credo che Amor mai desse a niun'altri
Più amarezze, che a me. Io son pur misero!
A cotal vita io dunque riserbarmi
Volli? con tanta brama a un tal ritorno
Io m'adoprai? Ricovro or forse in casa?
Ogni altro estero luogo ora non m'era
Migliore stanza, che in mia propria casa
Tornar, per ritrovarmivi pur tanto
Infelice? Che almen, quando ci deve
Pure accader da qualche parte un qualche
Sinistro, il tempo che ci corre in mezzo
Pria di saperlo, egli è guadagno vero.

PARMÉNONE

Eppur, così, tu troverai più tosto
Da uscir di questi guai. Se non tornavi,

Si non redisses, hae irae factae essent multo ampliores:

Sed nunc adventum tuum ambas, Pamphile, scio reverituras.

Rem cognosces: iram expedies: rursum in gratiam restitues.

Levia sunt, quae tu pergravia esse in animum induxti tuum.

PAMPHILUS

Quid consolare me? an quisquam usquam gentium est aeque miser?

Priusquam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:

Jam in hac re ut taceam, cuivis facile scitu est quam fuerim miser:

Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quum mi obtrudit pater.

Vix me illi abstraxi, atque impeditum in ea expedivi animum meum,

Vixque huc contuleram; hem, nova res orta est, porro ab hac quae me abstrahat.

Tum matrem ex ea re me, aut uxorem in culpa inventurum arbitror:

Quod cum ita esse invenero, quid restat, nisi porro ut fiam miser?

Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet:

Tum uxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio pertulit,

Questi sdegni sarian cresciuti molto:
In vece ch'ora, entrambe rivedendoti,
Suggezíon di te, Panfilo, avranno.
Chiarire il fatto, acquetar l'ire, e farle
L'una coll'altra ritornare in pace;
Ciò farai tu, più facilmente assai
Di quel che tu tel pensi: e' non è nulla.

PANFILO

Che mi consoli tu? chi v'ha nel mondo
Più misero di me? Pria ch' i' pigliassi
Questa moglie, occupato in altri amori
Aveva io 'l core: e tutti il san, nè d'uopo
Fa ch'io 'l dica, quant'io di ciò soffrissi.
† Eppur, mai non mi ardii di ricusarla,
Poichè il padre volea darmela a forza.
Appena io cominciavami a staccare
Dalla prima, e mi dava di buon core
Ad amar la mia moglie; ecco, che nasce
Un diavolétto, che a sturbarmen'entra.
Ch'io certamente in questo affar la madre
O la consorte trovar debbo in colpa;
Il che chiarito, ch'altro allor mi avanza
Fuorchè continui guai? Che della madre
I torti, il sai, de' tollerar buon figlio:
Ed alla moglie, trovomi obbligato
Molto, per la bell'indole, con cui

Tot meas injurias quae nunquam in ullo pate-fecit loco.

Sed magnum nescio quid necesse est evenisse, Parmeno,

Unde ira inter eas intercessit, quae tam permansit diu.

PARMENO

At quidem hercle parvum: si vis vero veram rationem exsequi,

Non maxumas, quae maxumae sunt interdum irae, injurias

Faciunt: nam saepe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,

Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.

Pueri inter sese quam pro levibus noxiis iras gerunt?

Quapropter? quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.

Itidem illae mulieres sunt ferme, ut pueri, levi sententia:

Fortasse unum aliquod verbum hanc inter eas iram conciverit.

PAMPHILUS

Abi, Parmeno, intro; ac me venisse nuntia.

PARMENO

Hem, quid hoc est?

Ella da prima, senza mai parlarne,
Soffrì mie tante manieracce e sgarbi.
Bisogna pur, Parménone, che qualche
Gran cosa, non so qual, tra lor venisse
A guastar l'armonia, ch'era durata
Da tanto tempo già.

PARMÉNONE

Piccola cosa
Anzi sarà: che, ragionar nel vero
Ove tu vogli veramente, l'ire,
Benchè il più delle volte somme sieno,
Non fan però che sian pur anco somme
Le ingiurie. Avviene spesso, che una cosa
Di cui talun non se la piglia affatto,
A tal altro, iracondo per natura,
Fa sì, ch'ei ti si rende inimicissimo.
I ragazzi, non rissansi per nulla?
E ciò, perchè? perch'è debole tanto
L'animo lor, che li governa. Tali,
Come i ragazzi appunto, son le donne;
Di lieve senno. Una parola sola,
Forse, fra queste or cagionò tant'ira.

PANFILO

Entra in casa, Parménone, ed annunziale
Il mio ritorno.

PARMÉNONE (1)

Oh, che sent'io?

(1) Accostatosi all'uscio.

PAMPHILUS

Tace.

PARMENO

Trepidari sentio, et cursari rursum prorsum.
Agedum, ad fores
Accede propius. Hem, sensistin'?

PAMPHILUS

Noli fabularier.
Proh Jupiter! clamorem audivi.

PARMENO

Tute loqueris, me vetas?

MYRRHINA

Tace, obsecro, mea gnata.

PAMPHILUS

Matris vox visa est Philumenae.
Nullus sum.

PARMENO

Qui dum?

PAMPHILUS

Perii.

PARMENO

Quamobrem?

PAMPHILUS

Nescio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me celant.

PANFILO

Sta zitto.

PARMÉNONE

Sento in casa un fruscío d'andirivieni:
Di grazia un poco accostati quà all'uscio.
Ebben, l'udisti?

PANFILO

Zitto un po'. — Per dio,
Un gran strepito sento.

PARMÉNONE

Ecco, che parli
Ora tu stesso; e me sentir non lasci?

MIRRINA (1)

Taci, ten prego, figlia mia.

PANFILO

Mi parve
La voce di mia Suocera. Ahi me misero!

PARMÉNONE

Perchè ciò?

PANFILO

Son perduto.

PARMÉNONE

Perchè mai?

PANFILO

Parménone, per certo, a me tu celi
Qualche gran danno.

(1) Di dentro.

PARMENO

Uxorem Philumenam
Pavitare nescio quid, dixerunt: id si forte est, nescio.

PAMPHILUS

Interii: cur mihi id non dixti?

PARMENO

Quia non poteram una omnia.

PAMPHILUS

Quid morbi est?

PARMENO

Nescio.

PAMPHILUS

Quid? Nemon' medicum adduxit?

PARMENO

Nescio.

PAMPHILUS

Cesso hinc ire intro, ut hoc quamprimum, quidquid est, certum sciam?
Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?
Nam si periclum ullum in te inest, perisse me una haud dubium est.

PARMENO

Non usus facto est mihi nunc hunc intro sequi:
Nam invisos omnes nos esse illis sentio.
Heri nemo voluit Sostratam intro admittere.

PARMÉNONE

E' disser, che tua moglie
Temea di non so che: forse ch'è questo.

PANFILO

Son ito: e a me, perchè non l'hai tu detto?

PARMÉNONE

Perchè tutto non puossi in una volta.

PANFILO

E che male era il suo?

PARMÉNONE

Nol so.

PANFILO

Ma, come?
Nessun cercò del medico?

PARMÉNONE

Nol so.

PANFILO

Or, perchè non vo in casa? il saprò tosto,
Che che pur sia. Ma, come farò pure,
Filoména mia amata, se ti trovo
In pericolo mai? con te gli è forza
Che anch'io perisca, indubitabilmente.

PARMÉNONE (1)

Non è per me negozio, di seguirlo
In quella casa, ove ci han tutti in tasca.
Jeri nessun volle introdurvi mai

(1) Resta solo.

Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim, maxume heri causa mei,
Servum illico introisse dicent Sostratae:
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti atque aetati illorum, morbus qui auctus sit:
Hera in crimen veniet, ego vero in magnum malum.

SCENA SECUNDA

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILUS

SOSTRATA

Nescio quid jamdudum audio hic tumultuari misera:
Male metuo, ne Philumenae magis morbus adgravescat:
Quod te, Aesculapi, et te, Salus, ne quid sit hujus, oro.
Nunc ad eam visam.

PARMENO

Heus, Sostrata.

SOSTRATA

Hem.

PARMENO

Iterum istinc excludere.

Sóstrata stessa: or, se mai mai crescesse
Il mal di lei, (prego che ciò non sia;
Pel mio padrone massime) direbbero
Tosto, che in casa e' s'è ficcato un servo
Di Sóstrata; e pur anche sognerebbero,
Ch'ei ci ha portato qualche ingrediente
Da far star peggio chi è ammalato: e questo
Alla padrona mia darebbe taccia,
E frutterebbe a me qualche malanno.

SCENA SECONDA

SOSTRATA, PARMÉNONE, PANFILO

SOSTRATA

M'è stato detto, che v'è gran romori
In questa casa: me misera! io tremo
Che Filoména peggiorata sia:
Deh, che male non capiti; te, Diva
Salute, prego; e te, Esculapio! Or voglio
Visitarla.

PARMÉNONE

Odi Sóstrata.

SOSTRATA

Chi è?

PARMÉNONE

Di nuovo esclusa di costà sarai.

SOSTRATA

Ehem, Parmeno; tune hic eras? perii, quid faciam misera?
Non visam uxorem Pamphili, cum in proxumo hic sit aegra?

PARMENO

Non visas? ne mittas quidem visendi causa quenquam.
Nam qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte duco:
Laborem inanem ipsus capit, et illi molestiam affert.
Tum filius tuus introiit videre, ut venit, quid agat.

SOSTRATA

Quid ais? an venit Pamphilus?

PARMENO

Venit.

SOSTRATA

Diis gratiam habeo.
Hem, istoc verbo animus mihi rediit, et cura ex corde excessit.

PARMENO

Jam ea te causa maxume nunc huc introire nolo.
Nam, si remittent quippiam Philumenae dolores,

SOSTRATA

Oh, Parménone! quà tu dunque stavi?
Meschina me! come or farò? la moglie
Non vedrò del mio Panfilo, quand'ella
A noi sì presso inferma so che giace?

PARMÉNONE

Non che vederla tu, neppur mandarvi
Alcuno dei, che in nome tuo la veda.
Che l'ostinarti a voler bene a tale
Che t'odia, ell'è doppia mattía: che tu prendi
Per te una pena inutile, ed all'altro
Molestia rechi. Or tanto più, che appena
Giunto il tuo figlio, ei tosto a visitarla
Portavasi.

SOSTRATA

Che di'? tornato è Panfilo?

PARMÉNONE

Tornò.

SOSTRATA

Sia lode al Cielo. Ah! questa tua
Parola m'ha rinvigorito il core,
E cacciato ogni affanno.

PARMÉNONE

Giusto appunto
Per tal ragion principalmente io voglio,
Ch'or tu non entri in casa. Che un pochino
Ch'a Filoména cessino i dolori,

Omnem rem narrabit, scio, continuo, sola soli,
Quae inter vos intervenit, unde ortum est initium irae.
Atque eccum video ipsum egredi. Quam tristis est!

SOSTRATA

O mi gnate.

PAMPHILUS

Mea mater, salve.

SOSTRATA

Gaudeo venisse salvom. Salvan'
Philumena est?

PAMPHILUS

Meliuscula est.

SOSTRATA

Utinam istuc ita Dii faxint.
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis?

PAMPHILUS

Recte, mater.

SOSTRATA

Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente invasit?

PAMPHILUS

Ita factum est.

SOSTRATA

Quid morbi est?

PAMPHILUS

Febris.

Son certo ch'ella subito a quattr'occhi
Narrerà tutto a Panfilo; del come
Guaste vi siate, e del perchè, e del quando.
Ecco appunto, ch'ei n'esce. Oh, come mesto!

SOSTRATA

O figlio.

PANFILO

O madre, ti saluto.

SOSTRATA

Io godo,
Che tu stia bene. E Filoména?

PANFILO

È meglio
Alquanticino.

SOSTRATA

Il Ciel lo voglia. In pianto
Oh! perchè dunque stai? perchè sì mesto?

PANFILO

Madre, il debbo esser.

SOSTRATA

Cos' è stato il guajo?
Dimmelo: a un tratto l'ha occupata il male?

PANFILO

A un tratto sì.

SOSTRATA

Ma, che mal è?

PANFILO

Una febbre.

SOSTRATA

Quotidiana?

PAMPHILUS

Ita aiunt.

I sodes intro, consequar jam te, mea mater.

SOSTRATA

Fiat.

PAMPHILUS

Tu pueris curre, Parmeno, obviam, atque iis onera adjuta.

PARMENO

Quid? non sciunt ipsi viam, domum qua redeant?

PAMPHILUS

Cessas?

SCENA TERTIA

PAMPHILUS

Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum,
Unde exordiar narrare, quae nec opinanti accidunt,
Partim quae perspexi his oculis, partim quae accepi auribus:
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo intro me ut corripui timidus, alio suspicans
Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, uxorem: hei mihi!

SOSTRATA

Quotidiana?

PANFILO

La dicono. Deh, madre,
Torna or in casa, io presto seguirottivi.

SOSTRATA

Ebben, ci vado.

PANFILO

E tu, va incontro ai Servi,
Per ajutarli a scaricar mie robe.

PARMÉNONE

Che? da se soli non sann'essi a casa
Più ritornarsen?

PANFILO

. Non se' ito ancora?

SCENA TERZA

. PANFILO

Non so trovar esordio, che mi acconci,
Per narrare i mie' guai; che in parte ho visti
Cogli occhi miei, e in parte uditi: tali,
Ch'io mai non aspettavami, per certo;
E che m'han fatto balzar tosto fuori
Di casa, e fuor di me. Timidamente
Io mi v'era introdotto a stento dianzi,
Grave molto stimando, e d'altro morbo,
Dover trovar mia moglie: ahi me meschino!

Postquam me aspexere ancillae advenisse, illico omnes simul
Laetae exclamant, venit, id quod derepente aspexerant.
Sed continuo voltum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommode illis fors obtulerat adventum meum.
Una illarum interea propere praecucurrit, nuntians
Me venisse. Ego ejus videndi cupidus, recta consequor.
Postquam intro adveni, extemplo ejus morbum cognovi miser.
Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat:
Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.
Postquam aspexi; o facinus indignum! inquam, et corripui illico
Me inde, lacrumans, incredibili re atque atroci percitus.
Mater consequitur: jam ut limen exirem, ad genua accidit,
Lacrumans misera: miseritum est. Profecto hoc sic est, ut puto,
Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum principio institit:

Veduto appena m' ebbero le serve,
Che un primo moto le fe' tutte a un grido
Esclamare: Gli è giunto. Ma, ben tosto
Le vidi tutte poi cangiarsi in viso,
Pel mio pur troppo inopportùno arrivo.
Una d'esse frattanto corre innanzi
Ad annunziar la mia tornata. Io, dritto,
Di vederla ansíoso, le vo dietro;
Entro appena, conosco tosto il male;
Che non v'è tempo in mezzo da celarsi,
Nè, dalle doglie, ella può fare a meno
Di non gridare. Ahi me infelice, quando
Così la vidi! Esclamo: oh indegna, oh ria
Scelleraggine! e tosto indi mi svolgo
Lagrimando, e commosso oltre ogni dire,
Da così atroce non credibil caso.
La di lei madre seguemi, ed ai piedi
In su la soglia mi si prostra innanzi,
Piangente anch' ella, misera. Men venne
Tosto pietà: ch' ella è così; noi tutti,
Secondo i casi, or siam benigni or duri.
In questi accenti a dirmi ella comincia:

O mi Pamphile, abs te quamobrem haec abierit, causam vides:

Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo:

Nunc huc confugit, te atque alios partum ut celaret suum.

Sed, cum orata ejus reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.

Quaeque fors fortuna est, inquit, nobis quae te hodie obtulit,

Per eam te obsecramus ambae, si jus, si fas est, uti

Advorsa ejus per te tecta tacitaque apud omnes sient:

Si unquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile,

Sine labore hanc gratiam, te, ut sibi des pro illa, nunc rogat.

Caeterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam:

Parturire eam, neque gravidam esse ex te, solus conscius.

Nam aiunt tecum post duobus concubuisse mensibus:

Tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic jam septimus:

Quod te scire, ipsa indicat res. Nunc, si potis est Pamphile,

Maxume volo, doque operam, ut clam eveniat partus patrem,

Panfilo mio, perchè fuor di tua casa
Ella uscisse, or tu il vedi. A lei fu fatta
Forza, non so da qual ribaldo; quindi
Per nascondere a tutti e a te il suo parto,
Quì ricovrossi. Me misero, io torno
Già di bel nuovo a pianger, rammentando
Il supplicarmi della madre! O Panfilo,
Per quel destin, qual ch'egli sia, che a noi
Ti ha condott' oggi, scongiuriamti entrambe,
Ove sia giusto e lecito, che vogli
Questa disgrazia sua tener del tutto
Segreta a tutti, tu. S'ella mai cara
Era al tuo core e accetta, ella ti prega
Ora, o Panfilo mio, che tu le accordi
Questa grazia, che a lei giova pur tanto,
E a te non nuoce. In quanto al resto poi,
Del ripigliarla o no per moglie in casa,
A tua posta farai: tu solo instrutto,
Ch'ell' ebbe un figlio, e non di te; poich' ella
Da sette mesi ora t'è sposa, e teco
Non ebbe a far, se non due mesi dopo
Il matrimonio: e assai per se la cosa
Dimostra, che tu il sai. Dunque or, se puossi,
Io sommamente bramo, e mi ci voglio
Tutta adoprare, o Panfilo, perch' egli
Nol sappia il padre tuo, nè il sappia alcuno.

Atque adeo omnes. Sed si fieri id non potest, quin sentiant,

Dicam abortum esse. Scio nemini aliter suspectum fore,

Quin, quod verisimile est, ex te recte eum natum putent.

Continuo exponetur. Hic tibi nihil est quidquam incommodi: et

Illi miserae indigne factam injuriam contexeris.

Pollicitus sum, et servare in eo certum est, quod dixi, fidem.

Nam de reducenda, id vero neutiquam honestum esse arbitror:

Nec faciam: etsi amor me graviter, consuetudoque ejus tenet.

Lacrumo, quae posthac futura est vita, cum in mentem venit,

Solitudoque. O fortuna, ut nunquam perpetuo es bona!

Sed jam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,

Quem ego tum consilio missum feci: idem nunc huic operam dabo.

Adest Parmeno cum pueris: hunc minime est opus

In hac re adesse: nam olim soli credidi,

Ea me abstinuisse in principio, cum data est.

Vereor, si clamorem ejus hic crebro exaudiat,

Ma se mai mai s'ha da sapere il parto,
Farò che passi per aborto. A niuno
Non è sospetta questa cosa, il so;
È verisimile anzi; onde, nulla osta
Che non l'abbian tua opra a creder tutti.
La créatura, tosto l'esporremo.
Così non v'hai tu danno alcuno; ed essa,
Infelice, così verrà a celare
Per mezzo tuo l'oltraggio indegno avuto. —
Io le ho promesso il mio segreto, e fermo
Son di tenerlo. Il ripigliarla poi,
La non mi pare onesta cosa troppo;
Nè la farò: benchè mi allaccin molto
Ad essa, e amore ed abitudin. Piango
Nel pensar io qual vita dovrò trarre
Soletto, senza lei. O sorte, oh come
Poco duri ridente! Ma, già avvezzo
A questi stacchi hammi il mio primo amore,
Dal quale allor mio senno svincolommi:
Farò lo stesso intorno a questo. Or viene
Parménone co' Servi: in questo affare
Tal testimonio or non m'è niente d'uopo;
Perchè a lui solo io già mi confidai,
Col disvelargli che i due primi mesi
Nulla ebbi a fare con mia moglie. Or temo,
Che s'ei le di lei grida troppo spesse

Ne parturire intelligat. Aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

SCENA QUARTA

PARMENO, SOSIA, PAMPHILUS

PARMENO

Ain' tu, tibi hoc incommodum evenisse iter?

SOSIA

Non hercle verbis, Parmeno, dici potest
Tantum, quam re ipsa navigare incommodum est.

PARMENO

Itane est?

SOSIA

O fortunate, nescis quid mali
Praeterieris, qui nunquam es ingressus mare
Nam alias ut mittam miserias, unam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui,
Cum interea semper mortem exspectabam miser:
Ita usque advorsa tempestate usi sumus.

PARMENO

Odiosum!

Viene ad udir, del parto non si avvegga.
Finch'ella dunque sia sgravata, vuolsi
Costui mandare con pretesti altrove.

SCENA QUARTA

PARMÉNONE, SOSIA, PANFILO

PARMÉNONE

Tu di' dunque, che assai ti riusciva
Faticoso il víaggio?

SOSIA

Eh, con parole
Non puossi dir, Parménone, che guajo
Sia 'l navigare.

PARMÉNONE

Affè?

SOSIA

Beato te!
Non sai, quai mali abbi scansato, stando
Sempre lungi dal mare. Ch'io, per fartela
Più breve, e non narrarti ad una ad una
Le miserie provate, sol dirotti;
Chè più di trenta giorni in quella barca
Mi stetti sempre con la morte a gola;
Meschino; tanto eran tremendi i venti.

PARMÉNONE

Brutta vita!

SOSIA

Haud clam me est: denique hercle aufugerim
Potius, quam redeam, si eo mî redeundum sciam.

PARMENO

Olim quidem te causae impellebant leves,
Quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia.
Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium.
Ite intro. Ego hunc adibo, si quid me velit.
Here, etiam nunc tu hic stas?

PAMPHILUS

Equidem te exspecto.

PARMENO

Quid est?

PAMPHILUS

In arcem transcurso opus est.

PARMENO

Cui homini?

PAMPHILUS

Tibi.

PARMENO

In arcem? quid eo?

PAMPHILUS

Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una advectus est, conveni.

SOSIA

Il so io: e brutta tanto,
Che per dio fuggirommene senz' altro,
Pria che tornarvi, se tornarvi io debbo.

PARMÉNONE

Sosia, altre volte già cagion minori
Ti han fatto far, quel ch'or minacci fare. —
Ma Panfilo davvero io veggo starsi
In su l'uscio di casa. Entrate or voi:
Io vedrò, s'egli mi vuol nulla. Oh! ancora
Quì stai, padrone?

PANFILO

Aspetto appunto te.

PARMÉNONE

Che c'è egli?

PANFILO

Una corsa su in fortezza
S'ha a far.

PARMÉNONE

Da chi?

PANFILO

Da te.

PARMÉNONE

Fino in fortezza?
E a che fare?

PANFILO

A trovare un forestiero,
† Che venne meco in nave, Callidémide
Da Micóna.

PARMENO

Perii. Vovisse hunc dicam, si salvus domum
Redisset unquam, ut me ambulando rumperet.

PAMPHILUS

Quid cessas?

PARMENO

Quid vis dicam? an conveniam modo?

PAMPHILUS

Imo, quod constitui, me hodie conventurum eum,
Non posse, ne frustra illic exspectet: vola.

PARMENO

At non novi hominis faciem.

PAMPHILUS

At faciam ut noveris:
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius,
Cadaverosa facie.

PARMENO

Di illum perduint.
Quid, si non veniet? maneamne usque ad vesperum?

PARMÉNONE (1)

Son fritto. I' direi quasi,
Che per tornarsen sano e salvo a casa,
Costui fatto abbia voto di straziarmi
Con queste corse.

PANFILO

Or che, non vai?

PARMÉNONE

Che debbo
Dirgli? trovarlo, e nulla più debb'io?

PANFILO

Anzi, a dirgli hai, che quell'appuntamento
Ch'abbiam preso per oggi, non val più;
Ch'ei non mi aspetti invan colà. Su, vola.

PARMÉNONE

Ma io, costui non lo conosco.

PANFILO

Ed io
Dipingerottel ora: grande, grasso,
Crespe chiome, occhi verdi, guance bolse,
Di morticcia pinguedine.

PARMÉNONE

Oh che mostro!
E s'ei non vien, ci ho a stare insino a sera?

(1) Da se.

PAMPHILUS

Maneto : curre.

PARMENO

Non queo : ita defessus sum.

PAMPHILUS

Ille abiit. Quid agam infelix ? prorsus nescio ,
Quo pacto hoc celem , quod me oravit Myrrhina ,
Suae gnatae partum : nam me miseret mulieris.
Quod potero faciam tamen , ut pietatem colam :
Nam me parenti potius , quam amori , obsequi
Oportet. At at , eccum Phidippum , et patrem
Video : horsum pergunt. Quid dicam hisce , incertus sum.

SCENA QUINTA

LACHES, PHIDIPPUS, PAMPHILUS

LACHES

Dixtin' dudum illam dixisse se exspectare filium ?

PHIDIPPUS

Factum.

PANFILO

Staici: or spicciati.

PARMÉNONE

A gambe più non posso,
Tanto so' stanco.

PANFILO

Alfin partì. — Che debbo
Or far, misero me? non so davvero
Come celar potrò ciò che pregommi
Mirrína di celare; questo parto
Della sua figlia. Eppur farò il fattibile,
Che compassion la giovine mi desta,
E della madre anche ho pietà: conviensi,
Più ad essa ancora che all' amor servire. —
Oh oh! Fidippo con mio padre appunto
Esce di casa. Or che ho a dir io loro?

SCENA QUINTA

LACHÈTE, FIDIPPO, PANFILO

LACHÈTE

Non m'hai tu detto dianzi, ch'ella disse
Ch'ell' aspettava il figlio?

FIDIPPO

È ver.

LACHES

Venisse aiunt: redeat.

PAMPHILUS

Quam causam dicam patri,
Quamobrem non reducam, nescio.

LACHES

Quem ego hic audivi loqui?

PAMPHILUS

Certum obfirmare est viam me, quam decrevi persequi.

LACHES

Ipsus est, de quo hoc agebam tecum.

PAMPHILUS

Salve, mi pater.

LACHES

Gnate mi, salve.

PHIDIPPUS

Bene factum te advenisse Pamphile,
Et adeo, quod maxumum est, salvum atque validum.

PAMPHILUS

Creditur.

LACHES

Advenis modo?

PAMPHILUS

Admodum.

LACHÉTE

Si dice

Venuto; ei dunque torni.

PANFILO (1)

Or, non mel so,

Qual debba al genitor pretesto addurre,

Per non riprender la mia moglie in casa.

LACHÉTE

Chi ho io udito favellar costà?

PANFILO

Eppur, son fisso di non mi rimuovere

Da quanto ho impreso.

LACHÉTE

È desso appunto; quegli,

Di cui parlava or teco.

PANFILO

Oh padre! addio.

LACHÉTE

Buon dì, mio figlio.

FIDIPPO

Ben tornato, Panfilo;

E tanto più, che sano e salvo torni.

PANFILO

Sarà.

LACHÉTE

Torni tu adesso?

PANFILO

Adesso appunto.

(1) Da se.

LACHES

Cedo, quid reliquit Phania
Consobrinus noster?

PAMPHILUS

Sane hercle homo voluptati obsequens
Fuit, dum vixit: et qui sic sunt, haud multum heredem juvant:
Sibi vero hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, bene.

LACHES

Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sententia?

PAMPHILUS

Quidquid est id quod reliquit, profuit.

LACHES

Imo obfuit:
Nam illum vivum et salvum vellem.

PHIDIPPUS

Impune optare istuc licet:
Ille reviviscet jam nunquam. Et tamen, utrum malis, scio.

LACHES

Heri Philumenam ad se accersi hic jussit. Dic jussisse te.

LACHÉTE

Di grazia, qual fu poi l'eredità
Del cugin nostro Fania?

PANFILO

Egli era stato
Un uomo sempre di bel tempo; e questi,
Che son fatti così, non v'è mai scialo
Poi per gli eredi: ma riman di loro
La buona voce: Finch'ei visse, ei visse
Signorilmente.

LACHÉTE

E tu dunque null'altro
Quì ne riporti, fuorchè tal sentenza?

PANFILO

Quel ch'ei lasciò, fu in pro di noi.

LACHÉTE

Fu in danno;
Ch'io vivo e sano lo vorrei pur anco.

FIDIPPO

Son di que' voti, che si posson fare
Impunemente: ch'egli omai non alza
La testa più. Sappiam, come il vorresti.

LACHÉTE

Jeri Fidippo fe' venirsi a casa
La Filoména sua. — Di', che sei tu. (1)

(1) Sottovoce a Fidippo.

PHIDIPPUS

Noli fodere. Jussi.

LACHES

Sed eam jam remittet.

PHIDIPPUS

Scilicet.

PAMPHILUS

Omnem rem scio, ut sit gesta. Adveniens audivi omnia.

LACHES

At

Istos invidos Di perdant, qui haec libenter nuntiant.

PAMPHILUS

Ego me scio cavisse, ne ulla merito contumelia
Fieri a vobis posset. Idque si nunc memorare hic velim,
Quam fideli animo et benigno in illam et clementi fui,
Vere possum; ni te ex ipsa haec magis velim resciscere:
Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quae nunc in me iniqua est, aequa de me dixerit.

FIDIPPO

(1) Non mi toccar col gomito. — Son io
Che fei venirla.

LACHÉTE

Ma rimanderaccela
Fra poco.

FIDIPPO

Sì, fra poco.

PANFILO

Già so tutto,
Com' è andata la cosa. Al mio tornare,
Tutto udii.

LACHÉTE

Che il malanno diano i Numi
A codesti maligni, che si fanno
Un piacere di dare altrui tai nuove.

PANFILO

Io, per me so, che fei di tutto sempre,
Perchè niuna lagnanza giustamente
Vo' aveste a far di me. Quant' io le fossi
E fedele, e attaccato, e ben vogliente,
Potrei narrarlo, se non fosse meglio
Che da lei stessa tu narrar tel facci.
E tanto più la crederai tu adesso,
S' ella ch' or l' ha con me, di me pur bene

(2) Sottovoce a Lachéte.

Neque mea culpa hoc dissidium evenisse, id testor Deos.

Sed quando sese esse indignam deputat matri meae,

Cui concedat, cujus mores toleret sua modestia;

Neque alio pacto componi potest inter eas gratia;

Segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena.

Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi.

LACHES

Pamphile, haud invito ad aures sermo mihi accessit tuus,

Cum te postputasse omnes res prae parente intelligo.

Verum vide, ne impulsus ira prave insistas, Pamphile.

PAMPHILUS

Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim?

Quae nunquam quidquam erga me commerita est, pater,

Quod nollem: et saepe, quod vellem, meritam scio.

Amoque, et laudo, et vehementer desidero:

Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum.

Illique exopto, ut relliquam vitam exigat

Più ti dirà ch' io non direi. Ne attesto
Inoltre i Dei, che in questi dissapori
Di Suocera con Nuora i' non ci ho colpa
Punto punto. Ma quando ella pur tiensi,
Di non averla a cedere a mia madre,
Nè a sofferirne con pazienza i modi;
E già che pace esser non può fra esse;
Io, Fidippo, pur debbo o dalla madre
O dalla moglie separarmi. E in questo
La vince in me l' amor filiale.

LACHÉTE

Panfilo,
Il tuo parlare a me riesce grato,
Vedendoti ai parenti pospor tutto.
Ma bada un po', se in questo non ti guida,
E fa ostinarti, o mio Panfilo, l'ira.

PANFILO

Ira? di che? l' ira fariami ingiusto
Contr' essa, o padre? contro a lei, che mai
Demeritato non ha in nulla, ed anzi,
Meritato più volte, in quanto io volli
Ch' ella facesse? Io l'amo, e me ne lodo,
E ardentemente la ribramo: ch' ella,
Per prova il so, fu sempre ottima meco.
Ed io le auguro sol, ch' ella i suoi giorni
Abbia a finir d' altro marito al fianco,

Cum eo viro, me qui sit fortunatior;
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.

PHIDIPPUS

Tibi id in manu est, ne fiat.

LACHES

Si sanus sies,
Jube illam redire.

PAMPHILUS

Non est consilium, pater:
Matris servibo commodis.

LACHES

Quo abis? mane;
Mane, inquam: quo abis?

PHIDIPPUS

Quae haec est pertinacia?

LACHES

Dixin', Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum?
Quamobrem te orabam, filiam ut remitteres.

PHIDIPPUS

Non credidi edepol adeo inhumanum fore:
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, ut velit reducere uxorem, licet:

Che sia di me più fortunato: questo
Le auguro sol, poichè per forza io debbo
Staccarmene.

FIDIPPO

Sta in te di non lo fare.

LACHÉTE

Se hai senno, tosto la richiamerai.

PANFILO

Padre mio, non è cosa. Io vo' piuttosto,
Che si acconci la madre (1)

LACHÉTE

Ove vai tu?
Rimani: eh, riman, dico: dove vai?

FIDIPPO

Che ostinazione è questa sua?

LACHÉTE

Nol dissi,
Fidippo, a te già pria; ch' ei se l' avrebbe
Assai per male? ed io perciò, pregavati,
Che tu, da te, già glie l' avessi prima
Rimandata.

FIDIPPO

Davver, non mel credei,
Ch' e' fosse poi sì duro. E si cred' egli
Forse, ch'io adesso supplicare il voglia?
S' egli vuol ripigliarsela, sta bene:

(1) Avviandosi.

Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.

LACHES

Ecce autem, tu quoque proterve iracundus es.

PHIDIPPUS

Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.

LACHES

Decedet jam ira haec: etsi merito iratus est.

PHIDIPPUS

Quia paulum vobis accessit pecuniae,
Sublati animi sunt.

LACHES

Etiam mecum litigas?

PHIDIPPUS

Deliberet, renuntietque hodie mihi,
Velitne, an non; ut alii, si huic non sit, siet.

LACHES

Phidippe, ades, audi paucis. Abiit: quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi, ut lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:

Se poi non la rivuole, mi risborsi
La dote; ed a buon viaggio.

LACHÉTE

Ed ecco pure,
Ch'anche tu monti in collera.

FIDIPPO

Per dio
Troppo cocciuto poi se' tornato oggi,
Ser Panfilino.

LACHÉTE

Eh, questa passeratti:
† Benchè a ragion sei adirato.

FIDIPPO

Adesso,
Perchè redati avete quattro soldi,
E' v'è tornata già la boria.

LACHÉTE

E meco
Anco vuoi bisticciarti?

FIDIPPO

E' si decida;
E dentr'oggi ei mi faccia la risposta:
† La vuole, o no: che s'ella non è sua,
D'altri sarà. [1]

LACHÉTE

Fidippo, aspetta un poco;
Ascoltami. Egli fugge. Che ci ho a fare?
Al fine, se l'aggiustino fra loro,
A modo loro: poichè a me non danno

[1] Esce.

Quae dico, parvi pendunt. Porto hoc jurgium ad
Uxorem, cujus haec fiunt consilio omnia:
Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre est, evomam.

Retta, nè il figlio, nè costui: e' pare
Ch' io dica fanfalucche. I' vo' portare
Questo guajo a mogliéma; ch' egli è tutto
Frutto suo, de' suoi modi: e vo' ben bene
Di tutto ciò con essa svelenirmi.

ACTUS QUARTUS

SCENA PRIMA

MYRRHINA, PHIDIPPUS

MYRRHINA

Perii, quid agam? quo me vortam? quid viro meo respondebo
Misera? nam audivisse vocem pueri visus est vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quod si rescierit peperisse, id qua causa clam me habuisse
Dicam, non edepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.

PHIDIPPUS

Uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.
Atque eccam video. Quid ais, Myrrhina? heus, tibi dico.

MYRRHINA

Mihine, mi vir?

ATTO QUARTO

SCENA PRIMA

MIRRINA, FIDIPPO

MIRRINA

Me misera! son morta: che farommi?
A chi volgermi? come al mio marito
Scolparmi? che mi parve ch' ei sentisse
Del bambino i vagíti; con tal fretta,
Passò, senza dir motto, dalla figlia:
S' ei mai viene a saper di cotal parto,
Affè, non so che me gli abbia a dire
Per scusare il segreto. Ehi! l' uscio scricchiola:
Gli è desso appunto; e vien ver me: son morta.

FIDIPPO

Vistomi appena dalla figlia entrare,
Mogliéma tosto usciva. Oh! ve'lla quà.
Che fai, Mirrína? Ehi, dico a te, che fai?

MIRRINA

A me, marito mio?

PHIDIPPUS

Vir ego tuus sum? tu virum me, aut hominem deputas adeo esse?
Nam si utrumvis horum, mulier, unquam tibi visus forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem.

MYRRHINA

Quibus?

PHIDIPPUS

At rogitas?
Peperit filia? hem, taces? ex quo?

MYRRHINA

Istuc patrem rogare est aequom?
Perii: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?

PHIDIPPUS

Credo: neque adeo arbitrari patris est aliter. Sed demiror,
Quid sit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare volueris
Partum; praesertim cum et recte, et tempore suo pepererit.
Adeon' pervicaci esse animo, ut puerum praeoptares perire,

FIDIPPO

Marito tuo
Son io? tu me, marito stimi, od uomo?
Nol credo, no: che se pur l' uno o l' altro
Io ti paressi, non avresti ardire
Di farmi il tuo ludibrio.

MIRRINA

In che modo?

FIDIPPO

Mel chiedi tu? non partorì la figlia?
Ebben, tu taci? e di chi è 'gli il bimbo?

MIRRINA

È una domanda questa? (Oimè! son morta)
Di chi vuoi tu ch' ei sia, se non di quello,
Che a lei desti in consorte?

FIDIPPO

Il voglio credere:
Nè un padre, di sua figlia, il può altrimenti.
Ma, mi fa maraviglia, nè capire
Posso il perchè, con tanto studio e cura
A tutti noi celare abbi voluto
Tal parto: tanto più, che a tempo suo,
E drittamente, ella sgravossi. Forse
Eri tu di sì pravo e ostinato animo,
Che preferissi di vederlo morto,
Codesto bimbo? da cui pur sapevi,

Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,

Potius, quam advorsum animi tui lubidinem esset cum illo nupta?

Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae te est penes.

MYRRHINA

Misera sum.

PHIDIPPUS

Utinam sciam ita esse istuc. Sed nunc mihi in mentem venit,

De hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus:

Nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati

Cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.

MYRRHINA

Quamvis causam hunc suspicari, quam ipsam veram, mavolo.

PHIDIPPUS

Multo prius scivi, quam tu, illum habere amicam, Myrrhina.

Verum id vitium nunquam decrevi esse ego adolescentiae:

Che a rinascer avrebbe tosto pace
Fra la mia casa e quella di Lachéte.
Lo volevi tu estinto, anzi che averti
Contro tua voglia a rivedere unita
La tua figlia al marito? Ed io, minchione,
Anch' io credei ch' ell' era colpa loro,
Mentr' è di te la colpa.

MIRRINA

Io son pur misera!

FIDIPPO

Così davver tu il fossi! Or mi ricordo,
Per l'appunto, le tue chiacchiere tutte,
Che mi festi su questo, quando in genero
Noi prendevamo Panfilo. Dicevi,
Che troppo ripugnavati di darla,
Una tua figlia, a un giovine, che discolo,
Innamorato d'una meretrice,
Stava le intere notti fuor di casa.

MIRRINA [1]

Ci ho gusto; ch' ei sospetti anzi ogni cosa,
Che la vera cagione.

FIDIPPO

I' lo sapeva
Pria assai di te, Mirrína, che un'amica
Si tenev' egli. Ma non ho mai dato
Sentenza, che ciò fosse una gran colpa

[1] Da se.

Nam id omnibus innatum est. At pol jam aderit, se quoque etiam cum oderit.

Sed ut olim te ostendisti eandem esse, nihil cessavisti usque adhuc,

Ut filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egissem, esset ratum.

Id, nunc res indicium haec facit, quo pacto factum volueris.

MYRRHINA

Adeon' me esse pervicacem censes, cui mater siem,

Ut eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimonium?

PHIDIPPUS

Tun' prospicere, aut judicare, nostram in rem quod sit, potes?

Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret

Exeuntem aut introeuntem ad amicam. Quid tum postea,

Si modeste ac raro hoc fecit? nonne ea dissimulare nos

Magis humanum est, quam dare operam id scire, qui nos oderit?

Per un giovinettino: e' peccan tutti
In questo. E tempo anco verrà, per dio,
Ch' oltre l'amiche, egli odierà se stesso.
Ma tu, per cocciutaggine, e durarla
A mostrarti immutabile, non hai
Mai rifinato di volerti in casa
Ripigliar la tua figlia; non foss' altro,
Che per mi dare il torto, come s'io
Fatto avessi a sproposito. Or lo mostra
La cosa per se stessa, che tu opravi
Con questa mira.

MIRRINA

E tu, maligna tanto
Mi reputi, ch'i' avessi d'una figlia
A disturbar le nozze, quando a noi
Non men che ad essa fosser di vantaggio?

FIDIPPO

Tu, eh? conoscer, giudicar puoi forse
Tu, ciò che a noi sia di vantaggio? Udito
Forse avrai tu qualcun, che t'avrà detto
D'averlo visto entrare o uscir da quella
Sua amica: e ciò, che monta? quando pure
Di rado il fece, e con decenza? il meglio
Non è per noi dissimular tai cose,
Che far pettegolezzi ond'egli ci abbia
A pigliar poi in odio? Che, se tale

Nam si is posset ab ea sese derepente avellere,
Quicum tot consuesset annos; non eum hominem ducerem,
Nec virum satis firmum gnatae.

MYRRHINA

Mitte adolescentem, obsecro,
Et quae me peccasse ais. Abi, solum solus conveni:
Roga, velitne uxorem an non. Si est, ut dicat velle se,
Redde: sin est autem, ut nolit, recte ego consului meae.

PHIDIPPUS

Siquidem ille ipse non volt, et tu sensti in eo esse, Myrrhina,
Peccatum; aderam, cujus consilio ea par fuerat prospici.
Quamobrem incendor ira, esse ausam facere haec te injussu meo.
Interdico, ne extulisse extra aedes puerum usquam velis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.
Ibo intro, atque edicam servis, ne quoquam efferri sinant.

Fosse pur egli, da potere a un tratto
Rompersi appien con chi tanti anni è visso,
Io nol terrei per uomo, e un mal marito
Lo stimerei pur anche per mia figlia.

MIRRINA

Di grazia, smetti di parlar di Panfilo:
E me convinci, in che mi errassi. Vanne
A lui; da solo a sol parlagli; chiedigli,
S'ei vuole o no la moglie sua. Se sì,
Rendiamgliela; se no, gli è chiaro allora,
Ch'io ben provvidi per la figlia mia.

FIDIPPO

E s'egli veramente non la vuole,
E tel sapevi tu, Mirrína, male
Malissimo anzi festi a non mel dire:
C'era io in somma, e il porci bocca, parmi
Spettasse a me. Per questo, i' me la piglio,
Che t'abbi avuta la temerità
Di nulla far, senza ordin mio. Per ora
Io t'inibisco che a niun conto, a niuno,
Tu lasci uscir fuor di mia casa il bimbo.
Ma, davver ch'io son stolido, di credermi
Che costei m'abbia ad obbedir. Vo dentro,
E ordinerollo ai servi, che portare
Fuor di casa nol lascino a niun modo.

MYRRHINA

Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere.

Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem, ut siet, resciverit,

Non edepol clam me est; cum hoc, quod levius est, tam animo iracundo tulit:

Nec, qua via sententia ejus possit mutari, scio.

Hoc mi unum ex plurimis miseriis relliquom fuerat malum,

Si, puerum ut tollam, cogit, cujus nos qui sit nescimus pater.

Nam, cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est:

Neque detractum ei tum quidquam est, qui post possit nosci, qui siet:

Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum.

Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra nequeat diutius

Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

MIRRINA [1]

Non credo affè, che più infelice donna
Vi sia di me. Quand'ei saprà la cosa
Come sta per l'appunto, figuriamci
Che soqquadro fia quello, poichè tanto
Chiasso or ci fa per tanto minor cosa.
Nè vedo io'l come, a scaponirlo s'abbia.
Questa sola restavami, di tante
Disgrazie già, ch'ei m'obblighi a tenere
Un bambino, di cui non si sa il padre.
Che quand'egli alla figlia fece forza,
Non vi fu mezzo di saper, nel bujo,
Chi si foss'egli; nè le venne fatto
Di sottrargli alcun pegno che facesse
La spia dappoi; ben egli alla donzella
Strappò un anel di dito nell'andarsene.
Pavento pur, che Panfilo non voglia
Celare a lungo i nostri preghi poi,
Quando ei vedrassi che tener si ardisce
Un bimbo altrui, quasi ch'ei fosse suo.

(1) Sola.

SCENA SECUNDA

SOSTRATA, PAMPHILUS

SOSTRATA

Non clam me est, gnate mi, tibi me esse suspectam, uxorem tuam

Propter meos mores hinc abisse: etsi ea dissimulas sedulo.

Verum ita me Dii ament, itaque obtigant ex te, quae exopto mihi, ut

Nunquam sciens commerui, merito ut caperet odium illam mei:

Teque antequam me amare rebar, ei rei firmasti fidem.

Nam mihi intus tuus pater narravit modo, quo pacto me habueris

Praepositam amori tuo. Nunc tibi me certum est contra gratiam

Referre, ut apud me praemium esse positum pietati scias.

Mi Pamphile, hoc et vobis, et meae commodum famae arbitror:

Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decrevi patre,

Ne mea praesentia obstet, neu causa ulla restet relliqua,

Quin tua Philumena ad te redeat.

SCENA SECONDA

SOSTRATA, PANFILO

SOSTRATA

Figlio mio, so benissimo che pensi
Tu, che le mie maniere sian cagione
Che la tua moglie se ne uscì di casa.
Ma, così il ciel ci sia propizio a entrambi,
Com'io quì t' assicuro, che di mia
Colpa, ch'io il sappia, non ci fu pur ombra,
Per cui m'avesse ad odiar ella: e parmi,
Che tu stesso il volesti anco far credere
Dianzi a tuo padre. Tutto ei mi narrava
In casa poi, come anteposta brami
Che sia la madre anco ad amata moglie.
Or io son ferma, di voler mostrarti
La gratitudin mia, sì che tu colga
Di tua pietade filíale il frutto.
Panfilo mio, il compenso ch'io propongo,
Parmi che a voi e al mio decoro a un tempo
Abbia a servire: stabilito abbiamo
Con tuo padre, ch'io andrommi a stare in villa;
Così, la mia presenza non fa ostacolo,
Nè più riman pretesto alcun, per cui
† Non torni a te la tua Filoména.

PAMPHILUS

Quaeso, quid istuc consili est?
Illius stultitia victa, ex urbe tu rus habitatum migres?
Haud facies: neque sinam, ut qui nobis, mater, maledictum velit,
Mea pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia.
Tum, tuas amicas te et cognatas deserere, et festias dies,
Mea causa, nolo.

SOSTRATA

Nihil pol jam istaec mihi res voluptatis ferunt.
Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias jam tenet
Studiorum istorum: haec mihi nunc cura est maxuma, ut ne cui mea
Longinquitas aetatis obstet, mortemve expectet meam.
Hic video me esse invisam immerito: tempus est concedere.
Sic optume, ut ego opinor, omnes causas praecidam omnibus:
Et me hac suspicione exsolvam, et illis morem gessero.
Sine me, obsecro, hoc effugere, volgus quod male audit mulierum.

PANFILO

Di grazia, or qual partito è mai codesto?
Che alla costei pazzia t'abbi a dar vinta
Sì, che lasciar tu debba la città
Per ritirarti in villa? Oh, questo poi
Nol farai, no; nè il soffrirò: che tosto
Quei che sparlan di me, diriano, o madre,
Che fu durezza mia che a ciò ti strinse,
Non discrezione tua. Non sarà mai,
Ch'abbi a lasciar le tue parenti e amiche,
E le tue feste, per cagion del figlio.

SOSTRATA

Codeste cose, omai tutte le dono.
Fatte l'ho assai in gioventude, a tempo;
Io ne son stufa adesso: altro per ora
Non mi sta a cuor, se non che il mio invecchiare
Non dia noja a nessuno; e che nessuno
M'abbia a augurar la morte. Quì mi vedo
Ingiustamente odiata: gli è ben tempo,
Ch'io dia luogo. In tal guisa interamente
Troncherò, parmi, ogni pretesto a tutti:
Di me fia tolto ogni sospetto, e altrui
Darò così nel genio. Te ne prego,
Lascia ch'io mi sottragga a questa turba,
Che ha delle donne opiníon sì rea.

PAMPHILUS

Quam fortunatus caeteris sum rebus, absque una hac foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem.

SOSTRATA

Obsecro, mi Pamphile,
Non tute incommodam rem, ut quaeque est, in animum inducas pati,
Si caetera ita sunt, ut tu vis, itaque ut esse ego illam existumo,
Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam.

PAMPHILUS

Vae misero mihi!

SOSTRATA

Et mihi quidem: nam haec res non minus me male habet, quam te, gnate mi.

SCENA TERTIA

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILUS

LACHES

Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, uxor.
Istuc est sapere, qui, ubicunque opus sit, animum possis flectere;

PANFILO

Quanto felice in tutte l'altre cose
Sarei, non fosse questa, d'aver io
Una tal madre e una tal moglie a un tempo!

SOSTRATA

Panfilo mio, di grazia, quando tutte
L'altre cose ti ridono, quest'una
Che tutte guasta, da patir non l'hai:
E la tua moglie, io la mi credo tale,
Ch'io, figlio mio, ti prego a ripigliarla.

PANFILO

Misero a me, s'i' ciò facessi!

SOSTRATA

E misera
Me pur, se tu nol fai! Figlio, a me danno
Sommo dolor, non men che a te, tai cose.

SCENA TERZA

LACHÉTE, SOSTRATA, PANFILO

LACHÉTE

Moglie mia, da lontan tutto ho sentito,
Quel che gli hai detto: è questo un saper vero,
Saper piegarsi dove il vento spira;

Quod sit faciundum post fortasse, idem hoc nunc si feceris.

SOSTRATA

Fors fuat pol.

LACHES

Abi rus ergo hinc: ibi ego te, et tu me feres.

SOSTRATA

Spero ecastor.

LACHES

I ergo intro, et compone, quae tecum simul Ferantur. Dixi.

SOSTRATA

Ita ut jubes, faciam.

PAMPHILUS

Pater.

LACHES

Quid vis, Pamphile?

PAMPHILUS

Hinc abire matrem? minime.

LACHES

Quid ita istuc vis?

PAMPHILUS

Quia de uxore incertus sum etiam, quid sim facturus.

Saper far prima, e di tua buona voglia,
Ciò che far poi ti converria costretta.

SOSTRATA

Il Ciel la mandi buona.

LACHÉTE

Or dunque, vattene
Di quì dritto in campagna: ivi faremo,
A sopportarci noi l'un l'altro.

SOSTRATA

Al certo
Lo spero.

LACHÉTE

Or vanne dunque, ed affastella
La roba tutta, ch'hai da portar teco.
È intesa.

SOSTRATA

Sì, farò come tu imponi.

PANFILO

Padre mio.

LACHÉTE

Che vuoi, Panfilo?

PANFILO

La madre,
Ch'abbia ella a uscir di casa? oh, questo no.

LACHÉTE

Oh, perchè questo no?

PANFILO

Perch'io tuttora,
Quanto alla moglie mia, non ho fermato
Quel ch'i' mi voglia fare.

LACHES

Quid est?
Quid vis facere, nisi reducere?

PAMPHILUS

Equidem cupio, et vix contineor:
Sed non minuam meum consilium. Ex usu quod est, id persequar.
Credo ea gratia concordes, si non redducam, fore.

LACHES

Nescias. Verum tua refert nihil, utrum illae fecerint,
Quando haec abierit. Odiosa haec est aetas adolescentulis:
E medio aequom excedere est. Postremo nos jam fabulae
Sumus, Pamphile, senex, atque anus.
Sed video Phidippum egredi per tempus. Accedamus.

LACHÉTE

E che vuoi fare,
Altro tu mai, che ripigliarla?

PANFILO

Certo,
Ch' i' lo vorrei, e men rattengo appena:
Ma pure, non mi muto. Farò quello,
Che sia il meglio per tutti. Elle staranno
Più assai d'accordo, parmi, fra di loro,
Ov'elle più non sian Suocera e Nuora.

LACHÉTE

Questo nol sai. Ma, che t'importa in somma,
Com'elle stian fra loro, quando questa
Sia ita in villa? Ai giovinetti spiace
La nostra età: va dato luogo. O Panfilo,
Noi, vecchio e vecchia, siam trastullo e noja
A un tempo stesso, dell'età minore.
Ma in opportuno punto uscir di casa
Vedo Fidippo. Ad incontrarlo andiamo.

SCENA QUARTA

PHIDIPPUS, LACHES, PAMPHILUS

PHIDIPPUS

Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena,
Graviter quidem. Nam hercle abs te factum est turpiter:
Etsi tibi causa est de hac re: mater te impulit:
Huic verò nulla est.

LACHES

Opportune te mihi,
Phidippe, in ipso tempore ostendis.

PHIDIPPUS

Quid est?

PAMPHILUS

Quid respondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?

LACHES

Dic filiae, rus concessuram hinc Sostratam:
Ne revereatur, minus jam quo redeat domum.

SCENA QUARTA

FIDIPPO, LACHÉTE, PANFILO

FIDIPPO [1]

E teco pur davvero, o Filoména,
Crucciato sono, e molto il sono. Hai fatto
La brutt'azion, per dio. Benchè, a dir vero,
Tu ci hai la scusa che la madre il volle;
E vi ti spinse: ma, colei poi certo,
Non ci ha scusa nissuna.

LACHÉTE

A tempo giungi,
Fidippo, a me.

FIDIPPO

Che c'è di nuovo?

PANFILO [2]

Or, cosa
Risponder loro? o in qual maniera il fatto
Svelar, com'egli sta?

LACHÉTE

Tu, di' alla figlia,
Che Sóstrata anderassene in campagna;
Ch'è cosa intesa; e da temer non ha,
Ch'ella ci torni in casa omai.

[1] Da se.
[2] Da se.

PHIDIPPUS

Ah,

Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina haec sunt mea uxore exorta omnia.

PAMPHILUS

Mutatio fit.

PHIDIPPUS

Ea nos perturbat, Lache.

PAMPHILUS

Dum ne reducam, turbent porro, quam velint.

PHIDIPPUS

Ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sane perpetuam volo:
Sin est, ut aliter tua siet sententia,
Accipias puerum.

PAMPHILUS

Sensit peperisse: occidi.

LACHES

Puerum! quem puerum?

PHIDIPPUS

Natus est nobis nepos:
Nam abducta a vobis praegnans fuerat filia;
Neque fuisse praegnantem unquam ante hunc scivi diem.

FIDIPPO

Ma no:
Che la tua moglie non ci ha colpa niuna,
In questo affar; la mia, è cagion di tutto;
Mirrína sola.

PANFILO [1]

Un'altra, ora s'incolpa.

FIDIPPO

Sì, Lachéte, è Mirrína il nostro guai.

PANFILO [2]

Sia 'l guai chi vuol; pur ch'io non la ripigli.

FIDIPPO

Io, per me, sol desidero ch'eterna,
S'egli è possibil, sia la parentela,
O Panfilo, fra noi: ma, se diversa
È poi l'opinion tua, pigliati almeno
Il tuo bambino.

PANFILO

Oimè! ch'ei sa del bimbo.

LACHÉTE

Il bambin? qual bambino?

FIDIPPO

Il nipotino,
Che ci diè in luce la mia figlia. Ell'era
Gravida, nell'uscir di casa vostra;
Nè pria d'oggi saputo io mai l'avea.

(1) Da se.
(2) Da se.

LACHES

Bene, ita me Dii ament, nuntias: et gaudeo
Natum illum, et tibi illam salvam. Sed quid mulieris
Uxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nosne hoc celatos tamdiu? nequeo satis,
Quam hoc mihi videtur factum prave, proloqui.

PHIDIPPUS

Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.

PAMPHILUS

Etiamsi dudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non est, cum eam consequitur alienus puer.

LACHES

Nulla tibi, Pamphile, hic jam consultatio est.

PAMPHILUS

Perii.

LACHES

Hunc videre saepe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem.
Evenit: habeo gratiam Dis.

PAMPHILUS

Nullus sum.

LACHÉTE

Buona nuova, per dio, mi dai, Fidippo:
E del neonato, e della madre illesa,
Di tutto cuor rallegromi. Ma quale,
Qual donna hai tu per moglie? quai costumi?
Quai modi sono, di celarlo a noi
Sì lungamente? egli mi sembra questo
Un sì brutto procedere, che mai
Non finirei di querelarmen....

FIDIPPO

Spiacemi
Non men che a te, Lachéte, l'oprar suo.

PANFILO

Bench'io finora in dubbio rimanessi,
Del ripigliarla o no; poich'ella ha un figlio,
Son risoluto di non farne nulla.

LACHÉTE

Panfilo, quì non c'è da assottigliarla....

PANFILO

Oimè!

LACHÉTE

Tu il sai, che abbiam bramato sempre
Il giorno, in cui da un pargoletto in casa
Chiamato padre tu venissi: è giunto
Quel giorno; i Numi io ne ringrazio.

PANFILO

Io resto
Annichilato.

LACHES

Reduc uxorem, ac noli advorsari mihi.

PAMPHILUS

Pater, si ex me illa liberos vellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non clam me haberet, quae celasse intelligo.
Nunc, cum ejus alienum esse a me animum sentiam,
Nec conventurum inter nos posthac arbitror,
Quamobrem reducam?

LACHES

Mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit. Mirandumne id est?
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quae careat culpa? an quia non delinquunt viri?

PHIDIPPUS

Vosmet videte jam, Lache, et tu Pamphile,
Remissan' opus sit vobis, redductan' domum:
Uxor quid faciat, in manu non est mea.
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero?

LACHÉTE

Or via, te la ripiglia;
E non voler più opporti a me.

PANFILO

Mi ascolta,
Padre: s' ella volesse di me figli,
Ed esser moglie mia, l' è cosa chiara
Ch' ella a me non farebbe de' segreti,
Quali veggo che fammi. Or, che alienata
D' animo tanto ell' è da me, nè credo
Che mai più non potremmo andar d' accordo,
Perchè l' ho a ripigliare?

LACHÉTE

Quel che ha fatto,
L'ha fatto in somma, povera ragazza,
Con il consiglio della propria madre.
Ti maravigli tu di ciò? tel credi,
Che senza mende donna a trovar s' abbia?
Castronerie non fan gli uomini, anch' eglino?

FIDIPPO

Orsù, Lachéte, e Panfilo, voi stessi
Pesatela fra voi, se ripigliarla
Più vi convenga, o rimandarla. In quanto
A moglièma, sta in me di farla fare.
Qualunque cosa risolviate, in tutto
Seconderovvi. Ma il fanciullo poi,
Che ne farem?

LACHES

Ridicule rogas.

Quidquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,

Ut alamus nostrum.

PAMPHILUS

Quem ipse neglexit pater,

Ego alam?

LACHES

Quid dixti? eho, an non alemus, Pamphile?

Prodemus, quaeso, potius? quae haec amentia est?

Enimvero prorsus jam tacere non queo.

Nam cogis ea, quae nolo, ut, praesente hoc, loquar.

Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?

Aut, quid sit id, quod solicitere ad hunc modum?

Primum, hanc ubi dixti causam, te propter tuam

Matrem non posse habere hanc uxorem domi:

Pollicita est ea, se concessuram ex aedibus.

Nunc, postquam ademtam hanc quoque tibi causam vides;

Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.

Erras, tui animi si me esse ignarum putas.

LACHÉTE

Strana domanda in vero.
Che che pur si risolva, il bimbo a lui
Lo renderai, ch'è suo; quanto alle spese,
Gli è nostro.

PANFILO [1]

Un bimbo, che nol volle il padre,
L'ho a nudrir io?

LACHÉTE

Figliuolo, che hai tu detto?
Nol nudriremo noi? noi ricusarlo?
Di grazia, or che pazzia t'hai per il capo?
Senti; oramai, tacermi più non posso.
E sei tu, che mi sforzi a dirti cose,
Che non avrei volute dirti in faccia
Di Fidippo. Tel credi or forse, ch'io
La cagion del tuo pianto ignori? e ch'io
Non sappia ciò, che tanto ti travaglia?
Da prima, per pretesto tu allegavi,
Che a cagion di tua madre in casa averti
Più non potevi omai la moglie: tosto
† Tua madre disse, che uscirebben'ella.
Or, che tronco ti vedi un tal pretesto,
Perch'ella ha partorito senza dirtelo,
Cerchi un altro appiccagnolo. La sbagli
Di molto tu, se credi ch'io non veda.

(1) Sotto voce.

Aliquando tandem huc animum ut abducas tuum,
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumtus, quos fecisti in eam, quam animo aequo tuli?
Egi atque oravi tecum, uxorem ut duceres:
Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.
Quae tum, obsecutus mihi, fecisti ut decuerat:
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum:
Cui tu obsecutus, facis huic adeo injuriam.
Nam in eandem vitam te revolutum denuo
Video esse.

PAMPHILUS

Mene?

LACHES

Teipsum: et facis injuriam;
Confingis falsas causas ad discordiam,
Ut cum illa vivas, testem hanc cum abs te amoveris.
Sensitque adeo uxor: nam ei causa alia quae fuit,
Quamobrem abs te abiret?

PHIDIPPUS

Plane hic divinat: nam id est.

Perchè, alla fin de' fini, a onesto amore
Per una moglie tu venissi, io forse
Ampio campo da pria d'amar l'amica
Non ti lasciai? quanto per lei spregasti,
Non lo pagava io tutto, e con serena
Fronte nol sopportava ognor fors'io?
Ti proposi poi moglie, e ten pregai,
Dicendoti esser tempo; e tu assentisti
Alle mie istanze. Per allor ti piacque
Di compiacermi, anco tenendo seco
Un ottimo contegno: or, siam da capo
A ríamar la sgualdrinella; e ad essa
Vuoi compiacere, e sol perciò bistratti
La tua povera moglie. Un'altra volta
Ne' cenci stessi avviluppar ti veggo.

PANFILO

Io?

LACHÉTE

Tu stesso; ed oltraggi questa tua,
Di divorzio fingendoti sognate
Cagioni, sol per viverti con quella,
Tosto che avrai scartato il testimonio.
Se n'avvide la moglie: che altrimenti,
Perchè mai t'avrebb'ella abbandonato?

FIDIPPO

Ei dà nel segno per l'appunto: è questo.

PAMPHILUS

Dabo jusjurandum, nihil esse istorum, tibi.

LACHES

Ah,

Reduc uxorem: aut, quamobrem non opus sit, cedo.

PAMPHILUS

Non est nunc tempus.

LACHES

Puerum accipias: nam is quidem

In culpa non est. Post de matre videro.

PAMPHILUS

Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio:

Tot me nunc rebus miserum concludit pater.

Abibo hinc, praesens quando promoveo parum.

Nam puerum injussu, credo, non tollet meo,

Praesertim in ea re cum sit mihi adjutrix socrus.

LACHES

Fugis? hem, nec quidquam certi respondes mihi?

Num tidi videtur esse apud sese? sine:

Puerum, Phidippe, mihi cedo: ego alam.

PANFILO

Che nulla affatto è ver di questo, io 'l posso
Affermar, sì, con giuramento.

LACHÉTE

Dunque
Ripigliala; oppur dimmi, il perchè no.

PANFILO

Nol posso adesso.

LACHÉTE

Accetta il figlio almeno;
Egli per certo non ha colpa niuna.
E parlerem poi della madre.

PANFILO (1)

Io sono,
A ogni modo, ben misero; cotanto
Mi stringe il padre da ogni parte, ch'io
Non so che farmi. Andrommene: già, poco
Monta, ch'io resti. Senza il mio consenso,
Non credo ch'ei riceveria 'l bambino;
Tanto più, che in ciò pur tien dalla mia
Or la Suocera stessa. (2)

LACHÉTE

Oh, oh! ten fuggi?
Ehi; nè risposta alcuna positiva
Mi lasci? — Ti par egli, ch'ei sia in senno,
Di grazia? Ebben, Fidippo, io lo mi voglio
Il bambin nostro; io 'l nutrirò.

(1) Da se.
(2) Esce in fretta.

PHIDIPPUS

Maxume.

Non mirum fecit uxor mea, si hoc aegre tulit:

Amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt.

Propterea haec ira est: nam ipsa narravit mihi:

Id ego, hoc praesente, tibi nolueram dicere:

Neque illi credebam primo. Nunc vero palam est.

Nam omnino abhorrere animum huic video nuptiis.

LACHES

Quid ergo agam, Phidippe? quid das consili?

PHIDIPPUS

Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo:

Oremus: accusemus gravius: denique

Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.

LACHES

Faciam, ut mones. Eho puer, curre ad Bacchidem hanc

Vicinam nostram: huc evoca verbis meis.

Et te oro porro, in hac re adjutor sis mihi.

FIDIPPO

Sta bene.

Non maravigliomi ora, se mogliéma
Ciò pigliavasi a male: in queste cose,
Le donne le son vipere; non soffrono,
† Ch'altra il loro divida. Indi era l'ira;
Ed ella stessa, a me il narrò: ma il tacqui,
Finchè Panfilo c'era; e a dirla vera,
Non la credea da prima. Ella è ben chiara
La cosa adesso: perchè il vedo affatto
Assaettato contro al matrimonio.

LACHÉTE

Dunque, o Fidippo, che farò? qual hai
Consiglio in te?

FIDIPPO

Quel che dei far? io penso,
Ch'abbiam da prima a parlar noi con questa
Sgualdrina; e pria pregarla, e biasimarla
Assai; poi, minacciarla fortemente,
S'ella mai più ha che far nulla con lui.

LACHÉTE

Come tu di', farò. Ehi tu, ragazzo,
Vanne da questa Bacchide vicina
Nostra; affrettati a dirle, ch'io la voglio,
E quì l'aspetto. — E te, Fidippo, in questo,
Di secondarmi il più che puoi, pur prego.

PHIDIPPUS

Ah,
Jamdudum dixi, idemque nunc dico, Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo est ut possit; quod spero fore.
Sed visne adesse me una, dum istam convenis?

LACHES

Imo vero abi: aliquam puero nutricem para.

SCENA QUINTA

BACCHIS, LACHES

BACCHIS

Non hoc de nihilo est, quod Laches me nunc conventam esse expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velit.

LACHES

Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quam possiem;
Aut ne quid faciam plus, quod post me minus fecisse satius sit.
Aggrediar. Bacchis, salve.

FIDIPPO

Oh, quanto a me, tel dissi, e tel ripeto,
Lachéte, io bramo assai, purchè si possa,
Di mantener la parentela teco;
E spero, ch'abbia ad essere. Ma or, mentre
Ti abboccherai con Bacchide, mi vuoi
Anco presente?

LACHÉTE

Oh, questo no: gli è meglio,
Che a cercar vadi tu nutrice al bimbo.

SCENA QUINTA

BACCHIDE, LACHÊTE

BACCHIDE (1)

Non è certo per niente, che Lachéte
Or mi vuole da lui: nè, a dir il vero,
Gran fatto io m'allontano dal saperne
La cagion per l'appunto.

LACHÉTE (2)

Eppur, bisogna
Ch'io un tal poco mi calmi; se no l'ira
Mi farà fare qualche spostatura,
Che dovrò poi pentirmene; e più dico,
† Meno otterrò. Proviamoci. Accostiamla.
Bacchide, addio.

(1) Da se, uscendo.
(2) Da se.

BACCHIS

Salve, Laches.

LACHES

Credo edepol te non nihil mirari, Bacchis,
Quid sit; quapropter te huc foras puerum evocare jussi.

BACCHIS

Ego pol quoque etiam timida sum, cum venit in mentem, quae sim,
Ne nomen mihi quaestus obstet. Nam mores facile tutor.

LACHES

Si vera dicis, nihil tibi est a me pericli, mulier:
Nam jam aetate ea sum, ut non siet peccato mihi ignosci aequom:
Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam, accuro:
Nam si facis, facturave es, bonas quod par est facere;
Inscitum offerre injuriam tibi, immerenti iniquom est.

BACCHIS

Est magna ecastor gratia de istac re quam tibi habeam.

BACCHIDE

Addio, Lachéte.

LACHÉTE

Io penso,
Che ti sarai maravigliata alquanto,
Bacchide, nell' udire dal mio servo,
Ch' io ti volea quì fuori.

BACCHIDE

Intimorita
Io son davver, non che maravigliata:
Perchè ben sento, quanto mi dà torto
In ogni cosa il mio mestiere: io parlo
Per quanto all' apparenza: che in sostanza,
Quanto ai costumi, non ho mai paura.

LACHÉTE

Se il ver tu dici, o donna, non dei nulla
Temer da me: che omai d' età son io,
Che non merita scusa ove mal faccia.
Tanto perciò più cauto in ogni cosa
Andare io soglio. Onde, se tu con meco
Sei per trattar da femmina dabbene,
Sarei villano e ingiusto, ov' io ti fessi
Non meritato affronto.

BACCHIDE

Affè, ti rendo
Di un tal proceder mille grazie: ch' io

Nam, qui post factam injuriam se expurget, parum mihi prosit.
Sed quid istuc est?

LACHES

Meum receptas filium ad te Pamphilum.

BACCHIS

Ah.

LACHES

Sine dicam. Uxorem hanc priusquam duxit, vostrum amorem pertuli.
Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. Hic nunc uxorem habet.
Quaere alium firmiorem tibi, dum tempus consulendi est.
Nam neque ille hoc animo erit aetatem, neque pol tu eadem istac aetate.

BACCHIS

Quis id ait?

LACHES

Socrus.

BACCHIS

Mene?

LACHES

Teipsam. Et filiam abduxit suam:

Poco mi giovo, a dir il vero, poi
Delle scuse che seguono gli affronti.
Meglio è non farli. Ma, cos' è l' affare?

LACHÉTE

Il mio figliuol ti bazzica per casa,
Panfilo....

BACCHIDE

Oibò!

LACHÉTE

Lasciami dir. Pria ch' egli
Questa moglie pigliasse, i vostri amori
Io gli ho sofferti. Zitta: ancor finito
Non ho. Panfilo adesso, gli è ammogliato.
Cercati un altro un po' più stabil; cercalo,
Finchè tu sei per anco in fior; perch' egli
† Non t' amerà poi in eterno, e tu
Non sarai più la stessa poi allora
Quand' ei t' avrà piantata.

BACCHIDE

Ma, chi dice
Ch' ei vien da me?

LACHÉTE

Sua Suocera lo dice.

BACCHIDE

Da me?

LACHÉTE

Sì, da te stessa: e in prova, vollo
Ripigliarsi ella la sua figlia in casa:

Puerumque ob eam rem clam voluit, natus qui est, exstinguere.

BACCHIS

Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem,

Sanctius quam jusjurandum, id pollicerer tibi, Laches,

Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.

LACHES

Lepida es. Sed scin', quid volo potius sodes facias?

BACCHIS

Quid, cedo?

LACHES

Eas ad mulieres huc intro, atque istuc jusjurandum idem

Polliceare illis: exple animum iis, teque hoc crimine expedi.

BACCHIS

Faciam: quod pol, si esset alia ex hoc quaestu, haud faceret, scio;

Ut de tali causa nuptae mulieri se ostenderet.

Sed nolo esse falsa fama gnatum suspectum tuum,

E per questo anche, ella non volle affatto
Del bambin, che la figlia partorivale;
E volea di nascosto anzi spicciarlo.

BACCHIDE

S'io cosa al mondo più che il giuramento
Sacrosanta sapessi, ora, o Lachéte,
L' adoprerei; per accertarti, ch'io,
Dacchè ammogliossi Panfilo, scartailo
Di casa mia del tutto.

LACHÉTE

Sei carina!
Ma, sa' tu quel, che vorrei tu facessi?

BACCHIDE

Cosa, in grazia?

LACHÉTE

Vorrei, che tu v'andassi,
Da codeste sue donne, or da te stessa,
E lor facessi il giuramento istesso:
Così le appaghi, e ti discolpi.

BACCHIDE

Il voglio.
Fo cosa, che so bene che nessuna
Dell'altre pari mie farebbe mai;
In tale affar, d' andarsi a presentare
Alla moglie del ganzo. Ma, non voglio
Ch'al tuo figliuol, ciò ch'ei non fa, si apponga:

Nec leviorem vobis, quibus est minime aequom, viderier
Immerito: nam meritus de me est, quod queam, illi ut commodem.

LACHES

Facilem benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit:
Nam non sunt solae arbitratae hae: ego quoque etiam credidi.
Nunc cum ego te esse praeter nostram opinionem comperi;
Fac eadem ut sis porro: nostra utere amicitia, ut voles.
Aliter si facis — reprimam me, ne aegre quidquam ex me audias.
Verum hoc te moneo unum; qualis sim amicus, aut quid possiem,
Potius quam inimicus, periclum facias.

Nè giusto è, ch'egli appajavi leggiero,
Quando non è: troppo ci mi ha ben trattata,
Perch'io adesso non faccia in favor suo
Quanto più posso.

LACHÉTE

Questo tuo parlare
A te già femmi facile e benigno;
Che non le sole donne l'avean teco;
Credetti io pure, che tua colpa fosse.
Ora poi, ch'i'ho veduto che tu sei
Diversa troppo, fa di mantenerti
L'opinione che di te m'hai data.
Dell'amicizia mia disponi pure,
S'ell'è così: ma, se non fosse poi....
Raffrenerommi ad ogni modo; e mai
Non ti userò mal termine. Bensì,
D'una cosa ti avviso: è per te meglio
Mettermi a prova, quel ch'io possa amico,
Piuttosto che nemico.

SCENA SEXTA

PHIDIPPUS, LACHES, BACCHIS

PHIDIPPUS

Nihil apud me tibi

Defieri patiar, quin, quod opus sit, benigne praebeatur.

Sed cum tu satura atque ebria eris, puer ut satur sit, facito.

LACHES

Noster socer, video, venit: puero nutricem adducit.

Phidippe, Bacchis dejerat persancte.

PHIDIPPUS

Haeccine ea est?

LACHES

Haec est.

PHIDIPPUS

Nec pol istae metuunt Deos; neque has respicere Deos opinor.

BACCHIS

Ancillas dedo: quo lubet cruciatu per me exquire.

SCENA SESTA

FIDIPPO, LACHÉTE, BACCHIDE

FIDIPPO (1)

Sta sicura,
Che tutto quel che ti bisogna, in copia
L'avrai da me, di buona grazia: solo
Bada, che quando di mangiare e bere
Tu ne avrai fino a gola, anco nutrito
Sia fin a gola il bimbo.

LACHÉTE

Oh! viene appunto
Lo Suocero ver noi: gli ha raccattato
La balia pel bambino. Eh eh, Fidippo,
Sa' tu? Giura e stragiura pel ciel tutto
La Bacchide.

FIDIPPO

È codesta?

LACHÉTE

Ell'è.

FIDIPPO

Non temono
Queste donne gli Dei; nè gli Dei, credo,
Che ad esse badin punto.

BACCHIDE

Orsù, le mie
Fanti vi do all'esame: da me stessa
A piacer vostro con martirj estorquasi

(1) Alla Nutrice dentro.

Haec res hic agitur: me facere, Pamphilo ut redeat uxor,
Oportet: quod si perficio, non poenitet me famae,
Solam fecisse id, quod aliae meretrices facere fugitant.

LACHES

Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis in re ipsa invenimus. Porro hanc nunc experiamur.
Nam si compererit crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,
Quod peperit uxor clam, id leve est. Cito ab eo haec ira abscedet.
Profecto in hac re nihil mali est, quod sit discidio dignum.

PHIDIPPUS

Velim quidem hercle.

LACHES

Exquire: adest: quod satis sit, faciet ipsa.

Il vero. In somma quì, di che si tratta?
Rappattumar io Panfilo e la moglie
Debbo: e s' io ci riesco, non avrommi
Certo a pentir, d'aver io sola fatto
Ciò, che niun' altra donna di partito
Mai non ha fatto.

LACHÉTE [1]

Odi, Fidippo; a torto
Noi sospettammo per le donne nostre,
Che in questo affar troviam non ci aver colpa:
Proviamo or pur quest' altra. E' mi par certo,
Che tua moglie, convinta d' aver preso
Un granchio, l' ira metterà da parte:
E il figlio, anch' egli, se null' altro a sdegno
Il muove, fuor che il parto di soppiatto,
Gli è poca cosa, e tosto acqueterassi.
Io non ci vedo in tutto questo poi,
Materia vera di discordia.

FIDIPPO

In quanto
A me, il vorrei di tutto cuore.

LACHÉTE

Ebbene,
Serviti dunque di costei: bastante
Ell' è a schiarir le cose.

(1) In disparte a Fidippo.

PHIDIPPUS

Quid mihi istaec narras? an quia non tute ipse dudum audisti,
De hac re animus meus ut sit, Laches? illis modo explete animum.

LACHES

Quaeso edepol, Bacchis, quod mihi es pollicita, tute ut serves.

BACCHIS

Ob eam rem vis ergo introeam?

LACHES

I, atque exple animum iis, ut credant.

BACCHIS

Eo: etsi scio pol iis fore meum conspectum invisum hodie:
Nam nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregata est.

LACHES

At hae amicae erunt, ubi, quamobrem adveneris, resciscent.

PHIDIPPUS

At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorint:
Nam illas errore, et te simul suspicione, exsolves.

FIDIPPO

Che mi narri?
Non t'ho io detto or dianzi, come penso
In questo affar, Lachéte? sei padrone;
Mandala dentro a persuaderle.

LACHÉTE

Or via,
Bacchide, piacciati, di mantenermi
Ciò, che hai promesso poco fa.

BACCHIDE

Ch'io vada
Dalle tue donne a dirgliene?

LACHÉTE

Sì, vaivi;
E persuadile tu.

BACCHIDE

Ci vo; bench'io
So ben, che in questo punto la mia faccia
Farà lor ira: che, divisa moglie,
La non festeggia punto le mie pari.

LACHÉTE

Festeggieranti queste, sì, quand'elle
Vedran perchè ci vieni.

FIDIPPO

Anch'io tel dico,
Festeggieranti, e come, udito il fatto:
Che in somma esse d'errore, e te di colpa,
Trarrai pur tu.

BACCHIS

Perii, pudet Philumenae me. Sequimini me intro ambae.

LACHES

Quid est, quod mihi malim, quam quod huic intelligo evenire,
Ut gratiam ineat sine suo dispendio, et mihi prosit?
Nam si est, ut haec nunc Pamphilum vere ab se segregarit;
Scit sibi nobilitatem ex eo, et rem natam, et gloriam esse:
Referet gratiam ei, unaque nos sibi opera amicos junget.

BACCHIDE

Mi costa molto: pigliomi
Vergogna d'ir davanti a Filoména.
Ma pur, si vada: voi seguitemi ambe.

LACHÉTE (1)

Qual mai cosa poss'io di più bramare,
Di quel che accade? in grazia di mie donne,
Con util nostro, e senza danno suo,
Si rimette costei. Che s'egli è vero
Che scartato abbia Panfilo ella affatto,
Molto onor torneragliene, e guadagno
Anche, e buon nome: a lui, gioverà molto;
E amica noi ce la terremo sempre.

(1) Solo.

ACTUS QUINTUS

SCENA PRIMA

PARMENO, BACCHIS

PARMENO

Edepol nae meam herus esse operam deputat parvi preti,
Qui ob rem nullam misit; frustra ubi totum desedi diem,
Myconium hospitem dum exspecto in arce Callidemidem,
Itaque ineptus hodie dum illic sedeo, ut quisque venerat,
Accedebam: adolescens, dic dum, quaeso, es tu Myconius?
Non sum. At Callidemides? Non. Hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque eum quenquam esse arbitror.
Denique hercle jam pudebat: abii. Sed, quid Bacchidem

ATTO QUINTO

SCENA PRIMA

PARMÉNONE, BACCHIDE

PARMÉNONE

Affè, per dio, che poco ha da far caso
Il mio padron de' fatti mia, poich'egli
Mi pianta come un cavolo a far nulla
Il giorno intero. I' mi son stato in rocca
Sempre aspettando il forestier Miconio
Che ha nome Callidémide. Sì tosto,
Che qualcun capitavaci, ed io subito
A domandargli: Giovinetto, dimmi,
Sei da Micóna tu? Nol son. — Ti chiami
Callidémide? No. — Dei tu alloggiare
Forse da un certo Panfilo in Atene?
Oibò, oibò; mi dicon tutti. Io credo,
Ch'egli sia un sogno questo Callidémide.
Al fin di seccar tutti vergognaimi,
E me n'andai. Ma, che veggo io? la Bacchide,

Ab nostro affine exeuntem video? quid huic hic est rei?

BACCHIS

Parmeno, opportune te offers: propere curre ad Pamphilum.

PARMENO

Quid eo?

BACCHIS

Dic me orare, ut veniat.

PARMENO

Ad te?

BACCHIS

Imo ad Philumenam.

PARMENO

Quid rei est?

BACCHIS

Tua quod nil refert, percontari desinas.

PARMENO

Nihil aliud dicam?

BACCHIS

Etiam, cognosse annulum illum Myrrhinam
Gnatae suae fuisse, quem ipsus olim mihi dederat.

PARMENO

Scio.
Tantumne est?

Ch'esce di casa di Fidippo? Oh bella!
Che diavol ci ha ella a fare?

BACCHIDE

Oh, giust'appunto
Ben vi giungi, Parménone. Va, corri
Da Panfilo....

PARMÉNONE

A che dirgli?

BACCHIDE

Ch'io lo prego
Di venire....

PARMÉNONE

Da te?

BACCHIDE

Da Filoména.

PARMÉNONE

A che farci?

BACCHIDE

Tralascia un po' i quesiti,
Dove non ci hai che fare.

PARMÉNONE

Gli ho a dir altro?

BACCHIDE

Aggiungigli, che tosto ha conosciuto
Mirrína nel mio dito, quell'anello,
Che mi died'egli già, per esser stato
Pria della figlia di Mirrína.

PARMÉNONE

Bene.
È questo il tutto?

BACCHIS

Tantum. Aderit continuo, hoc ubi ex te audiverit.
Sed cessas?

PARMENO

Minime equidem: nam hodie mihi potestas haud data est:
Ita cursando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.

SCENA SECUNDA

BACCHIS

Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie?
Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatum ei restituo, qui pene harum ipsiusque opera periit:
Uxorem, quam nunquam est ratus posthac se habiturum, reddo:
Qua re suspectus suo patri, et Phidippo fuit, exsolvi.
Hic adeo his rebus annulus fuit initium inveniundis.
Nam memini, abhinc menses decem fere ad me nocte prima,

BACCHIDE

Il tutto. Ei verrà tosto,
Che udito avrà da te tal cosa. Or, vai?
Che indugi tu?

PARMÉNONE

Non ho più gambe; tanto
M'han fatto, innanzi indietro, a dritta a manca,
Strafelar tutto il maladetto giorno.

SCENA SECONDA

BACCHIDE

Quanta allegrezza a Panfilo, quai beni
Il mio venir gli procurò quest'oggi!
Di quanti guai l'ho tratto! Gli rendo io
Il suo bambin, che quelle donne quasi,
Ed egli stesso, far volean perire:
Io gli rendo la moglie, ch' ei mai più
D' ora in poi si credea di ripigliare:
Presso al suocero e al padre, io lo discolpo.
Ed a schiarire queste cose tutte,
Fu l' anello l' interprete. La è strana,
Certo, la storia. Mi ricordo, appunto
Saran da dieci mesi, ch' una notte
Per tempo ancora, Panfilo soletto

Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum,

Cum hoc annulo. Extimui illico. Mi Pamphile, inquam, amabo,

Quid es exanimatus, obsecro? aut unde annulum istum nactus?

Dic mihi. Ille, alias res agere se simulare. Postquam video,

Nescio quid suspicarier, magis coepi instare, ut dicat.

Homo se fatetur vi in via nescio quam compressisse:

Dicitque sese illi annulum, dum luctat, detraxisse:

Eum haec cognovit Myrrhina in digito modo me habentem:

Rogat unde sit. Narro omnia haec: inde est cognitio facta,

Philumenam esse compressam ab eo, et filium inde hunc natum.

Haec tot propter me gaudia illi contigisse laetor:

Etsi hoc meretrices aliae nolunt; neque enim est in rem nostram,

Ut quisquam amator nuptiis laetetur. Verum ecastor,

Nunquam animum quaesti gratia ad malas adducam partes.

Tutto sfiatato e pien di vin, fuggivasi
Con quest' anello in casa mia. Mi prese
Tosto un palpito; e dissigli: Mio Panfilo,
Di grazia, perchè sei tutto così?
Ched è codesto anello? donde l'hai?
Dimmelo. Ed egli, a far le viste d'altro.
A vieppiù insospettirmi allor comincio,
E a far più istanza perch'ei dica. Al fine,
L'uom mi confessa che per una strada
A una ragazza ch'ei trovò, fe' forza;
Non saper chi ella sia; nel fare a braccia
Averle tolto quest' anello. E questo
Per l'appunto conobbemi nel dito
Mirrína or dianzi; e volle saper come,
Donde, i' l'avessi; il ver le narro appieno;
Ed ecco, come si appurò per bene
Che Filoména è la violata, e Panfilo
Il violator, babbo del nato bimbo.
Mi rallegro davvero con me stessa,
D'aver pur tanti beni a questa sposa
Arrecati io: diversa in ciò del tutto
Dall' altre meretrici: e in fatti è un danno
Grosso per noi, quando *moglieggia* il ganzo.
Ma, per dio, nel mio cuor l'amor del lucro
Non ha mai soffocato i sentimenti.

Ego, dum illo licitum est, usa sum benigno, et lepido, et comi.
Incommode mihi nuptiis evenit, factum fateor.
At pol me fecisse arbitror, ne id merito mihi eveniret.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequom est ferre.

SCENA TERTIA

PAMPHILUS, PARMENO, BACCHIS

PAMPHILUS

Vide, mi Parmeno, etiam sodes, ut mi haec certa et clara attuleris:
Ne me in breve hoc conjicias tempus, gaudio hoc falso frui.

PARMENO

Visum est.

PAMPHILUS

Certene?

PARMENO

Certe.

PAMPHILUS

Deus sum, si hoc ita est.

PARMENO

Verum reperies.

Io, finchè l'ebbi Panfilo, l'ho esperto
Per me benigno lepido e grazioso:
Ch'ei si ammogliasse, spiacquemi; nol nego:
Mi consolai pensando, che lasciata
Ei non m'avea per colpa che in me fosse.
Da chi s'è avuto molto bene, in somma,
Si ha da soffrir, per l'util suo, qualcosa.

SCENA TERZA

PANFILO, PARMÉNONE, BACCHIDE

PANFILO

Bada bene, Parménone, ten prego,
Che quanto tu mi narri sia il vero
Per l'appunto: ch'io poi non m' abbia a fare
Di un falso e breve giubilo, dolore.

PARMÉNONE

Ci ho badato.

PANFILO

Davvero?

PARMÉNONE

Sì, davvero.

PANFILO

S'ell'è così, mi tengo un Dio.

PARMÉNONE

Tal quale
La troverai, com'io la narro.

PAMPHILUS

Manedum, sodes. Timeo ne aliud credam, atque aliud nunties.

PARMENO

Maneo.

PAMPHILUS

Sic te dixisse opinor, invenisse Myrrhinam,
Bacchidem annulum suum habere.

PARMENO

Factum.

PAMPHILUS

Eum, quem olim ei dedi:
Eaque hoc te mihi nuntiare jussit: itane est factum?

PARMENO

Ita, inquam.

PAMPHILUS

Quis me est fortunatior, venustatisque adeo plenior?
Egon' te pro hoc nuntio quid donem? quid? quid? nescio.

PARMENO

At ego scio.

PAMPHILUS

Quid?

PANFILO

Piacciati
Di rimaner con me. Sempre ho paura
Di creder altro, o ch'altro tu mi annunzi.

PARMÉMONE

Ben; rimarrò.

PANFILO

Mi par, tu mi dicessi,
Che Mirrína or di Bacchide nel dito
Il suo anello scoprisse.

PARMÉNONE

Per l'appunto.

PANFILO

Quell'anello, ch'io a Bacchide già diedi;
† E t'impos'ella or di venirmel dire:
Non è tutto così?

PARMÉNONE

Così, per Giove.

PANFILO

Chi più di me felice, chi è più colmo
D'amorosa ventura? E a te, per tale
Aurea nuova, che darti, che mai darti?
Affè, nol so.

PARMÉNONE

Ben io lo so.

PANFILO

Che mai?

PARMENO

Nihil enim.

Nam neque in nuntio, neque in meipso, tibi quid sit boni, scio.

PAMPHILUS

Egon', qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,

Sinam sine munere a me abire? ah, nimium me ingratum putas.

Sed Bacchidem eccam video stàre ante ostium:

Me exspectat, credo.

BACCHIS

Salve, Pamphile.

PAMPHILUS

O Bacchis, o mea Bacchis, servatrix mea!

BACCHIS

Bene factum, et volupe est.

PAMPHILUS

Factis, ut credam, facis:

Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,

Ut voluptati obitus, sermo, adventus tuus, quocunque adveneris,

Semper siet.

BACCHIS

At tu, ecastor, morem antiquum atque ingenium obtines,

PARMÉNONE

Un bel nulla: che in ver, non so vedermi
Cosa ci sia per te, nè in me, di buono
In cotal nuova.

PANFILO

Senza premio ch'io
Lasci te, che mi trai di bocca all' Orco,
Che mi ritorni in vita? ah, troppo ingrato
Mi tieni tu. Ma veggo, ecco, la Bacchide,
Che sta su l' uscio; e aspettami, mi pare.

BACCHIDE

Ben venuto sii, Panfilo.

PANFILO

Oh mia Bacchide;
Mia salvatrice , Bacchide!

BACCHIDE

La cosa
Preso ha buon giro, ed io ne godo.

PANFILO

Il credo:
E mel provi coi fatti: sei pur cara:
Sempre la stessa; e sempre il parlar tuo,
La tua grazia, e contegno, ti fan strada
Per tutto ove ti affacci.

BACCHIDE

E tu pur anco,
I piacevoli usati modi hai sempre;

Ut unus omnium homo te vivat nunquam quisquam blandior.

PAMPHILUS

Ha, ha, hae! tun' mihi istuc?

BACCHIS

Recte amasti, Pamphile, uxorem tuam:
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram.
Perliberalis visa est.

PAMPHILUS

Dic verum.

BACCHIS

Ita me Dii ament, Pamphile.

PAMPHILUS.

Dic mihi, harum rerum numquid dixti jam patri?

BACCHIS

Nil.

PAMPHILUS

Neque opus est;
Adeo mutito: placet non fieri hoc itidem, ut in comoediis,
Omnia omnes ubi resciscunt. Hic, quos par fuerat resciscere,
Sciunt; quos non autem aequom est scire, neque resciscent, neque scient.

Tali, che l'uom più grazioso al mondo
Non v'è, nè v'è mai stato.

PANFILO

Ah ah ah!
Di queste me ne dici?

BACCHIDE

Ben hai fatto
D'amar tua moglie, o Panfilo. Io mai
Non l'avea vista prima d'oggi; ed emmi
Sembrata un fior di be' costumi, e bella.

PANFILO

Scherzi tu?

BACCHIDE

Dico il vero, e i Dei ne attesto,
Panfilo mio.

PANFILO

Dimmi or, di queste cose
Dicesti nulla al padre?

BACCHIDE

Ancora no.

PANFILO

Zitta dunque; che il dirgliel non fa d'uopo.
E non piacemi far, come in commedia
Suolsi, che tutto risaper den tutti.
Quì, lo sappiam, quei che dobbiam saperlo;
Quei che no, nè il sapran, nè il risapranno.

BACCHIS

Imo etiam, qui hoc occultari facilius credas, dabo:
Myrrhina ita Phidippo dixit, jurijurando meo
Se fidem habuisse, et propterea te sibi purgatum.

PAMPHILUS

Optume est:
Speroque hanc rem esse eventuram nobis ex sententia.

PARMENO

Here, licetne scire ex te, hodie quid sit quod feci boni?
Aut quid istuc est, quod vos agitis?

PAMPHILUS

Non licet.

PARMENO

Tamen suspicor.
Egon' hunc ab Orco mortuum? quo pacto?

PAMPHILUS

Nescis, Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, et ex quanta aerumna extraxeris.

PARMENO

Imo vero scio, neque hoc imprudens feci.

PAMPHILUS

Ego istuc satis scio.

BACCHIDE

Darotti anz' io buon mezzo, per celarlo;
Ciò che passò, dicendoti. Mirrína
† Disse a Fidippo, avermi ella creduto
Al giuramento mio; perciò, del tutto
Tenerti ella scolpato.

PANFILO

A maraviglia.
E tutto, spero, ci anderà a seconda.

PARMÉNONE

Padron mio, potrei pure al fine anch' io
Saper cos' è, questo gran ben ch' io feci?
E quel che voi costà facendo andate?

PANFILO

Nol puoi.

PARMÉNONE

Pur, ne sospetto. Ma di bocca
Dell' Orco, come mai t' ho cavato io?

PANFILO

Ah, tu non sai, Parménone, non sai
Quanto m' abbi giovato, e di qual pena
Tu m' abbi tratto.

PARMÉNONE

Anzi, lo so pur bene;
E non oprai già a caso.

PANFILO

Ben tel credo.

PARMENO

An

Temere quidquam Parmenonem praetereat, quod facto usus sit?

PAMPHILUS

Sequere me intro, Parmeno.

PARMENO

Sequor. Equidem plus hodie boni

Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem unquam. Plaudite.